



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Ai 9535



UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK ALMERE



9000000347

Digitized by Google

NOVA ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsie

Calendis Ianuarii Anno MDCCCLXXVI.

DEMONSTRATIO THEOREMatis STVDENIA-
ni pro reductione aequationum, quae radices habent sequaces:
Auctore Archidiacono IO. FRANCISCO DE TUSCHIS
a Fagnano, ex S. Honorii Marchionibus, Patricio Romano et
Senogallianis.

Clarissimus Vir, Nicolaus de Martino, in suae Algebrae Geometriae promotae Elementis, Tomo II. huius Theorematis exhibet Demonstrationem; sed quia haec incompleta mihi videtur, non secus ac illa P. Reynaeu, Analyticos demonstratae Tomo I. placuit, illorum vestigia inhaerendo, claram, et simul generalem Theorematis Demonstrationem exhibere.

NOVA ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsie

Calendis Ianuarii Anno MDCCCLXXVI.

DEMONSTRATIO THEOREMATIS STUDENIA-
ni pro reductione aequationum, quae radices habent aequales:
Auctore Archiduco IO. FRANCISCO DE TUSCHIS
a Fagnano, ex S. Honorii Marchionibus, Patricio Romano et
Senogallianis.

Clarissimus Vir, Nicolaus de Martinio, in suae Algebrae
Geometriae promosae Elementis, Tomo II. huius
Theorematis exhibet Demonstrationem; sed quia haec in-
completa mihi videtur, non secus ac illa P. Reynaeu, Analy-
ses demonstratae Tomo I. placuit, illorum vestigia
inhaerendo, claram, et simul generalem Theorematis De-
monstrationem exhibere.

2 NOVA ACTA ERUDITORVM

LEMMA I.

Denotet a quantitatem positivam, vel negativam, ut libuerit Binominum $(x + a)^n$, sive

$$= (x+a) \left\{ x^{n-1} + \underbrace{(n-1)x^{n-2}a}_{1} + \underbrace{(n-1)X(n-2)x^{n-3}a^2}_{2} \right. \\ \left. + \underbrace{(n-1)X(n-2)X(n-3)x^{n-4}a^3}_{3} \dots \right\}$$

Ergo diuidendo utramque Partem per $(x + a)$, et multiplicando per $p n a$.

$$pna \left\{ x^{n-1} + \underbrace{(n-1)x^{n-2}a}_{1} + \underbrace{(n-1)X(n-2)x^{n-3}a^2}_{2} \right. \\ \left. + \underbrace{(n-1)X(n-2)X(n-3)x^{n-4}a^3}_{3} \dots \right\}$$

LEMMA II.

Si termini Binomii $(x + a)^n$ per ordinem dispositi, hoc est

$$(A) \left\{ x^n + \underbrace{n x^{n-1} a}_{1} + \underbrace{n X (n-1) x^{n-2} a^2}_{2} + \underbrace{n X (n-1) X (n-2) x^{n-3} a^3}_{3} + \right. \\ \left. + \underbrace{n X (n-1) X (n-2) X (n-3) x^{n-4} a^4}_{4} \dots \right\}$$

multiplicantur per progressionem Arithmeticam o, p, 2 p, 3 p, 4 p,

Productum erit idem Binominum $(x + a)$ eleuatum ad dignitatem $(n - 1)$ ductum in $p n a$.

Nam

Nam series (A) euadet

$$(B) o x^n + p n a \left\{ x^{n-1} + \underbrace{(n-1)x^{n-2} a}_{1} + \underbrace{(n-1)X(n-2)x^{n-3} a^2}_{2} \right. \\ \left. + \underbrace{(n-1)X(n-2)X(n-3)x^{n-4} a^3}_{3} \dots \right\}$$

quae non differt a secunda parte aequationis (1), erit ergo
series (B) aequalis $p n a (x+a)^{n-1}$. Q. E. D.

LEMMA III.

Binomium $(x+a)^n$ ductum in progressionem Arithmeticam

(C) $p, p+q, p+2q, p+3q, p+4q \dots$
deprimi potest ad dignitatem ($n-1$), hoc est diuidi per
 $(x+a)$. Progressio (C) aequatur progressionibus

$p, p, p, p \dots$

(D) $o, q, 2q, 3q, 4q \dots$

Denotet p omnem numerum positivum, vel negati-
vum, etque etiam Zero, q omnem numerum positivum,
vel negativum, integrum, sive fractum.

Binomium $(x+a)^n$ ductum in progressionem (C) ae-
quatur $p(x+a)^n + D(x+a)^{n-1}$; sed $p(x+a)^n =$
 $p(x+a)X(x+a)^{n-1}$, et per Lemma II. $D(x+a)^{n-1} =$
 $n q a (x+a)^{n-1}$; ergo $C(x+a)^n = (p(x+a) + n q a)$
 $X (x+a)^{n-1}$. Q. E. D.

NOVA ACTA ERUDITORVM

LEMMA I.

Denotet a quantitatem positivam, vel negativam, ut libuerit Binominium $(x + a)^n$, siue

$$= (x+a) \left\{ x^{n-1} + \frac{(n-1)}{1} x^{n-2} a + \frac{(n-1)(n-2)}{1 \cdot 2} x^{n-3} a^2 + \right. \\ \left. \frac{(n-1)(n-2)(n-3)}{1 \cdot 2 \cdot 3} x^{n-4} a^3 \dots \right\}$$

Ergo diuidendo vtramque Partem per $(x + a)$, et multiplicando per $p n a$.

$$(1) p n a (x+a)^{n-1} = \\ p n a \left\{ x^{n-1} + \frac{(n-1)}{1} x^{n-2} a + \frac{(n-1)(n-2)}{1 \cdot 2} x^{n-3} a^2 + \right. \\ \left. \frac{(n-1)(n-2)(n-3)}{1 \cdot 2 \cdot 3} x^{n-4} a^3 \dots \right\}$$

LEMMA II.

Si termini Binomii $(x + a)^n$ per ordinem dispositi, hoc est

$$(A) \left\{ x^n + \frac{n}{1} x^{n-1} a + \frac{n}{1} \frac{(n-1)}{2} x^{n-2} a^2 + \frac{n}{1} \frac{(n-1)}{2} \right. \\ \left. \frac{(n-1)}{2} \frac{(n-2)}{3} x^{n-3} a^3 + \frac{n}{1} \frac{(n-1)}{2} \frac{(n-2)}{3} \right. \\ \left. \frac{(n-2)}{3} \frac{(n-3)}{4} x^{n-4} a^4 \dots \right\}$$

multiplicantur per progressionem Arithmeticam o, p, 2 p, 3 p, 4 p,

Productum erit idem Binominium $(x + a)$ eleuatum ad dignitatem $(n - 1)$ ductum in $p n a$.

Nam

Nam series (A) evadet

$$(B) o x^n + p n a \left\{ x^{n-1} + \underbrace{(n-1)x^{n-2} a}_{\substack{1 \\ 2}} + \underbrace{(n-1)X(n-2)}_{\substack{1 \\ 2}} \underbrace{x^{n-3} a^2}_{3} \right. \\ \left. + \underbrace{(n-1)X(n-2)}_{\substack{1 \\ 2}} \underbrace{X(n-3)}_{3} x^{n-4} a^3 \dots \right\}$$

quae non differt a secunda parte aequationis (1), erit ergo
series (B) aequalis $p n a (x + a)^{n-1}$. Q. E. D.

LEMMA III.

Binomium $(x + a)^n$ ductum in progressionem Arithmeticam

(C) $p, p + q, p + 2q, p + 3q, p + 4q \dots$
deprimi potest ad dignitatem ($n - 1$), hoc est dividendi per
 $(x + a)$. Progressio (C) aequatur progressionibus

$p, p, p, p \dots$

(D) $o, q, 2q, 3q, 4q \dots$

Denotet p omnem numerum positivum, vel negativum, atque etiam Zero, q omnem numerum positivum, vel negativum, integrum, sive fractum.

Binomium $(x + a)^n$ ductum in progressionem (C) aequatur $p (x + a)^{n-1} + D (x + a)^{n-2}$; sed $p (x + a)^n = p(x + a) X (x + a)^{n-1}$, et per Lemma II. $D (x + a)^{n-2} = n q a (x + a)^{n-1}$; ergo $C (x + a)^n = (p (x + a) + n q a) X (x + a)^{n-1}$. Q. E. D.

NOVA ACTA ERUDITORUM

SCHOLIUM I.

Si loco psumatur $p + r$ m, denotante tant r , quam numerum quaecunque positum, patet, demonstratio subfistere, sed tunc loco aequationis praecedentis haberetur $C(x+a)^n ((p+r)m)(x+a) + m(q-a)$
 $x(x+a)^{n-1}$.

SCHOLIUM II.

Similiter liquer, quae dicta sunt de Binomio $(x+a)^n$ si locum vindicare, si pro Binomio $(x+a)^n$ sumatur Binomium $(a+x)^n$.

THEOREMA STUDENIANUM.

Si per quantibet progressionem Arithmeticam (C) multiplicentur Termini per ordinem dispositi aequationis, quae plura radices aequales haber, sed non omnes, producuntur erit aequatio, quae omnes, vna dempta, renuebit Radices aequales.

DIMONSTRATIO.

Aequatio, cuius secunda Part = 0, et quae radices habet aequales, et inaequales, concipi potest, veluti ortu, multiplicando aequationem, quae radices omnes habet aequales, per aequationem cuius radices omnes inaequales sunt.

Aequatio ergo partialis, quae omnes radices habet inaequales, poterit apte designari per $b + cx + dx^2 + fx^3 \dots$

Aequa-

MENSIS JANUARIUS A. MDCCLXXVI. 5

Aequatio vero, quae radices omnes habet aequales, designabitur per Binomium $(x + a)^n$ vel Binomium $(a + x)^n$ harumque productum erit aequatio constans, ex radicibus inaequalibus, et aequalibus, ut sequitur, disposita.

$(z) (b + c x + d x^2 + f x^3. \dots) X (a + x)^n = 0$ quae euoluendo Binomium $(a + x)^n$, et resto ordinata dabit

$$(E) b a^n + \frac{n}{1} b a^{n-1} x + \frac{b(n-1)}{1 \cdot 2} a^{n-2} x^2 + \\ + b \frac{(n-1)(n-2)}{1 \cdot 2 \cdot 3} a^{n-3} x^3. \dots$$

$$(F) + c a^{n-1} x + \frac{c n a^{n-2} x^2}{1} + c \frac{(n-1)}{1 \cdot 2} a^{n-3} x^3. \dots$$

$$(G) + d a_{n-1} x^4 + d \frac{(n-1)}{1} a^{n-5} x^5. \dots$$

$$= 0$$

series ergo (E) multiplicabitur per progressionem

$$p, p + q, p + 2q, p + 3q, p + 4q. \dots$$

series (F) per progressionem

$$p + q, p + 2q, p + 3q, p + 4q. \dots$$

series (G) per progressionem

$$p + 2q, p + 3q, p + 4q. \dots$$

Ergo per Lemma III. et per Scholium I. et II. Binomialis $b (a + x)^n$; $c x (a + x)^n$; $d x^2 (a + x)^n$, non secus ac Binomialis $b (x + a)^n$; $c x (x + a)^n$; $d x^2 (x + a)^n$ dividii poterunt per $(a + x)$, vel $(x + a)$. Consequenter

6 NOVA ACTA ERUDITORUM

aequatio (1) multiplicata per seriem (C) caeteras retinebit, vna dempta, radices aquales.

Hoc Theorema non solum in calculo differentiali, sed etiam in integrali usum habet non contempnendum.

EIVSDEM AVCTORIS PROBLEMA:

Denotante tam r , quam n , quemcunque exponentem possibilem: Eleuare Binomium $(a^r + x^r)$ ad potestatem n .

SOLVITIO,

Praemittendum ducimus, quod ex potestatum formatione patet, quod primus Terminus Binomii sic eleuati erit a^{rn} ; deinde, quod omnes Termini post primum, posthabitis coefficientibus, hoc ordine procedunt

$$x^r + x^{2r} + x^{3r} + x^{4r} \dots \dots \dots, \text{ et sic in infinitum.}$$

Denum, quod omnes coefficientes quantitatis x^r eleuatae ad potestatem, cuius index sit numerus par, sunt semper positivi. His praemissis sat

$$(1) (a^r + x^r)^n = a^{rn} + B x^r C x^{2r} + D x^{3r} + E x^{4r} \dots \dots$$

quae differentiata dabit

$$\begin{aligned} &+ n r x^{r-1} dx (a^r + x^r)^{n-1} = \\ &\left\{ \begin{aligned} &+ r B x^{r-1} dx + 2 r C x^{2r-1} dx \\ &+ 3 r D x^{3r-1} dx + 4 r E x^{4r-1} dx \dots \dots \end{aligned} \right. \\ &\text{et multiplicando per } (a^r + x^r) \end{aligned}$$

$$+ n r x^{r-1} dx \dots \dots \dots \quad (2)$$

$$(2) \quad (a^r + x^r) = \left\{ \begin{array}{l} \frac{B a^r + 2 C a^r x^r + 3 D a^r x^{2r}}{n} \\ \quad + \frac{+ n}{+ n} \\ \quad + \frac{4 E a^r x^{3r}}{+ n} \dots \dots + \frac{B x^r}{+ n} \\ \quad + \frac{+ 2 C x^{2r}}{- n} + \frac{3 D x^{3r}}{+ n} \\ \quad + \frac{+ 4 E x^4}{n} \dots \dots \end{array} \right.$$

ergo per aequationem (1) Pars Secunda eiusdem aequationis aequalis erit secundae Parti aequationis praecedentis; ideoque facta terminorum homologorum collatione, inuenietur $a^{rn} = B a^r$; consequenter

$$(3) \quad \underline{\underline{n a^{rn-r} = B}}$$

Similiter inuenietur $B(n-1) = 2 C a^r$, et per aequationem praecedentem.

$$(4) \quad \underline{\underline{n(n-1)a^{rn-2r} = C}}$$

Pariter erit $C(n-2) = 3 D a^r$, et per praecedentem aequationem

$$(5) \quad \underline{\underline{\frac{n(n-1)(n-2)}{1 X 2 X 3} a^{rn-3r} = D.}}$$

Non secus erit $D(n-3) = 4 E a^r$, et per aequationem praecedentem.

$$■ \quad \underline{\underline{\frac{(n-1)(n-2)(n-3)}{1 X 2 X 3 X 4} a^{rn-4r} = E.}}$$

Ea.

6 NOVA ACTA ERUDITORUM

aequatio (1) multiplicata per seriem (C) caeteras retinebit, una dempta, radices aequales.

Hoc Theorema non solum in calculo differentiali, sed etiam in integrali usum habet non contemnendum.

EIVSDEM AVCTORIS PROBLEMA:

Denotante tam r , quam n , quemcunque exponentem possibilem: Eleuare Binomium $(a^r + x^r)$ ad potestatem n .

SOLVITIO,

Praemittendum ducimus, quod ex potestatum formatione patet, quo^d primus Terminus Binominii sic eleuati erit a^{rn} ; deinde, quod omnes Termini post primum, posthabent coefficientibus, hoc ordine procedunt

$$x^r + x^{2r} + x^{3r} + x^{4r} \dots \dots \text{, et sic in infinitum.}$$

Denum, quod omnes coefficientes quantitatis x^r eleuatae ad potestatem, cuius index sit numerus par, sunt semper positivi. His praemissis fiat

$$(1) (a^r + x^r)^n = a^{rn} + B x^r C x^{2r} + D x^{3r} + E x^{4r} \dots \dots$$

quae differentiata dabit

$$\begin{aligned} &+ n r x^{r-1} d x (a^r + x^r)^{n-1} = \\ &\left\{ \begin{aligned} &+ r B x^{r-1} d x + 2 r C x^{2r-1} d x \\ &+ 3 r D x^{3r-1} d x + 4 r E x^{4r-1} d x \dots \dots \end{aligned} \right. \\ &\text{et multiplicando per } (a^r + x^r) \end{aligned}$$

$$+ n r x^{r-1} d x \quad (2)$$

$$(2) \quad (a^n + x^n) = \left\{ \begin{array}{l} \frac{B a^r + 2 C a^{r+1} x^r + 3 D a^{r+2} x^{2r}}{n} \\ \qquad \qquad \qquad + \frac{n}{n} \\ \qquad \qquad \qquad + \frac{4 E a^{r+3} x^{3r}}{n} \dots \dots \qquad + \frac{B x^r}{n} \\ \qquad \qquad \qquad + \frac{2 C x^{2r}}{n} + \frac{3 D x^{3r}}{n} \\ \qquad \qquad \qquad + \frac{4 E x^4}{n}, \dots \dots \end{array} \right.$$

ergo per aequationem (1) Pars Secunda eiusdem aequationis aequalis erit secundae Parti aequationis praecedentis; ideoque facta terminorum homologorum collatione, inuenietur $a^{rn} = B a^r$; consequenter

$$(3) \quad \frac{n a^{rn-r}}{1} = B$$

Similiter inuenietur $B(n-1) = 2 C a^r$, et per aequationem praecedentem.

$$(4) \quad \frac{n(n-1)a^{rn-2r}}{1 \times 2} = C$$

Pariter erit $C(n-2) = 3 D a^r$, et per praecedentem aequationem

$$(5) \quad \frac{n(n-1)(n-2)}{1 \times 2 \times 3} a^{rn-3r} = D.$$

Non secus erit $D(n-3) = 4 E a^r$, et per aequationem praecedentem.

$$6 \quad \frac{(n-1)(n-2)(n-3)}{1 \times 2 \times 3 \times 4} a^{rn-4r} = E.$$

Ea.

3 NOVA ACTA ERUDITORUM

Eadem methodo caeteri poterant coefficientes inventari. Factis igitur debitis surrogatisibus in secunda parte aequationis (1), obtinebuntur

$$(6) \quad (a^r + x^s)^n = \frac{x^{rn} + n a^{rn-s} x^s + n(n-1) a^{rn-2s} x^{2s}}{1 \quad 1 \times 2} \\ + \frac{n(n-1)(n-2) a^{rn-3s} x^{3s}}{1 \times 2 \times 3} \\ + \frac{n(n-1)(n-2)(n-3) a^{rn-4s} x^{4s}}{1 \times 2 \times 3 \times 4}$$

SCHOLIUM I.

Si loco Binomii ($a^r + x^s$) eleuandum esset ad potestiam n Binomium ($x^r + a^s$), nil aliud agendum erit, quam in Terminis aequationis (6) loco a ponere x , et pro x scribere a .

SCHOLIUM II.

$$\begin{cases} x^{rn} + \frac{n a^{rn-s} x^s}{1} + \frac{n(n-1) a^{rn-2s} x^{2s}}{1 \times 2} \\ + \frac{n(n-1)(n-2) x^{rn-3s} x^{3s}}{1 \times 2 \times 3} \\ + \frac{n(n-1)(n-2)(n-3) a^{rn-4s} x^{4s}}{1 \times 2 \times 3 \times 4} \end{cases}$$

et

MENSIS JANUARIUS A. MDCCXXVI,

$$\begin{aligned}
 & \text{et } (Z) : (a^r - x^r)^n = \\
 & \frac{a^{rn} - n a^{rn-1} x^r + n(n-1) a^{rn-2} x^{2r}}{x^r X_2} \\
 & - \frac{n(n-1)(n-2) a^{rn-3} x^{3r}}{x^r X_2 X_3} \\
 & + \frac{n(n-1)(n-2)(n-3) a^{rn-4} x^4}{x^r X_2 X_3 X_4}
 \end{aligned}$$

Liquet, quod summa Binomialium ($T + Z$) id est
 $(a^r + x^r)^n + (a^r - x^r)^n$ aequalis sit omnibus terminis
imparibus secundae Partis aequationis (6) in binarium du-
ctis.

Ex aduerso differentia Binomialium ($T - Z$), hoc
est $(a^r + x^r)^n - (a^r - x^r)^n$ aequalis erit omnibus ter-
minis paribus secundae Partis eiusdem aequationis (6), sed
signo positivo effectis, et per binarium multiplicatis.

Vt vero habeatur productum quantitatum (T), et
(Z), sive $(a^r - x^r)^n$ sufficit, vt in secunda parte aequa-
tionis (6) loco r ponatur $\pm r$; et in signo ambiguo locus de-
etur inferiori.

SCHOLIUM III.

Ex praecedentibus patet, coefficientes Terminorum
Binomii $(a^r + x^r)^n$, posita tam a , quam $r \neq 1$, facili-
er haberi posse.

Ad hoc: Differentietur Binomium, eritque differen-
tiale

B

(M)

(M) $\pm n \frac{d}{dx} (1+x)^{n-1}$, et n erit coefficiens secundi.

Termini.

Rerum differentiatur quantitas (M), posita $d x$ constante, ex habebitur

(N) $n(n-1) d x^2 (1+x)^{n-2}$

et quaque tertii Termini coefficiens $n(n-1)$ similiter dif-

ferentia quantitate (N), positaque $d x$ constante obtainebitur

(O) $\pm n(n-1)(n-2) d x^3 (1+x)^{n-3}$

et quarti Termini coefficiens erit $n \frac{(n-1)}{1} \frac{(n-2)}{2} \frac{(n-3)}{3}$.

Rerum posita $d x$ constante, differentiale quantitatia

(P) erit $n(n-1)(n-2)(n-3) d x^4 (1+x)^{n-4}$,
ideoque quinti Termini coefficiens $n \frac{(n-1)}{1} \frac{(n-2)}{2} \frac{(n-3)}{3}$

$\frac{(n-4)}{4}$ eademque methodo caeteri coefficientes invenien-

tur.

EXOLIVM IV.

Lex, qua inuicem sibi succedunt coefficientium denomi-

natores, me non meminito appetet.

Exponens differentialis x , id est, $d x$ das coefficientis

secundi Termini denominatorem, nempe 1.

Exponens differentialis $x d x$ (posita $d x$ constante)

hoc est $d x^2$ duabus in denominatorebus praecedentibus, das

MENSIS JANUARIUS A. MDCCCLXXVI. 11

denominatorem coefficientis tertii Termini, id est
i X 2.

Exponens differentialis $x \frac{d}{dx} x^n$, id est, $\frac{d}{dx} x^n$ ductum
in denominatorem termini praecedentis denominatorem dabit
coefficientis quarti Termini, qui erit i X 2 X 3, et sic
de caeteris.

XENOPHONTIS HISTORIA GRAECA.

Recensuit, animaduersiones et Indicem adiecit, SAM. FRID.

NATHAN. MORVS, Gr. et Lat. ling. Professor Lipp;

Accedit Leunclauiana versio.

Lipsiae, sumtu Schwikerti, Alph. I. pl. 18. vols. 2.

Incrementis aequae ac commodis rei litterariae expedit, &
antiquae et graueis doctrinae cupidis copia est, magnorum
operum, Graecorum in primis Latinorumque Scriptorum,
partes quasdam seorsim editas consequendi, quo et
sumtus in comparandis omnibus operibus missitur, et te-
rendorum spissiorum voluminum molestia tollitur, et cupi-
ditas ex aliquo specimine reliqua scripta legendi incen-
ditur. Quin etiam quid integri Operis vel lector in intel-
ligendo, vel editor in illustrando, sequi et spectare debet,
optime hoc partiti laboris genere cognoscitur. Qued, cum
intellectum sit, de Plutarchi quidem singulis quibusdam
scriptis illustrandis, praecipue meriti viri quidam docti fau-
re et plausu excepti sunt; et Xenophontis librorum lectio-
nem adiuuare conati sunt, quicunque adhuc eius quedam
separatione publicari concuerunt, et super admodum Cyropse-
dia, B 2

diam, expditionem Cyri; de re equestri libellum, vel primi, vel secundi expoliuissent. In Graeca vero eiusdem scriptoris Historia seorsim edenda, nunc primus, ex quo Henr. Valesii consilium effectu curuit, elaborauit, qui litterarum Graecarum, reisque criticae et antiquariae peritiam alias iam studiis documentis, compiobauit, Cel. Morus. Videbat autem optime se in hoc opere esse versaturum, si historiae antiquae cupidis, rerum, temporum, locorum, causarum, et totius nexus euentorum scientiam paeberet; rei criticas amantibus veram textus indolem, et rationem de varietate lectionis iudicandi, declararet; tironibus denique aliquid administrandi ad orationem graecam subtilius intelligentiam exhiberet. Hinc tria fecit animaduersiorum genera. Nam quae ad ipsam historiam et Geographiam pertinent, et comparandis aliorum scriptorum locis explicantur, ea in insula quavis pagina posita sunt. Quae leti omnia varietatem, emendationesque et conjecturas virorum doctorum continent, ea medium intra verba auctoris Graeca et animaduersiones historicas locum occupant; quae vero verbasinguli, aut ritus quoddam, aut aliquam antiquitatis partem illustrant, in Indicem Graecitatis collata sunt, qui facile, ubi opus fuerit, suppleri potest ex Indice in Cypriae diarium, cuius crebra sit mentio, ab eundem Cel. Auctore confecto. Sed ubi longior de chronologia, geographia, antiquitate, aliisque rebus disputatione effe instituenda; seorsim tractare suscepit, et quidquid resperisset, eradicidit in oratione locorum quorundam historiae graecae Xenophontae, huius editioni praemissio. Continet id enim nouem ista capitla. I.) Ad plures libri primi et secundi locos differit de annis belii Peloponnesiaci numerandis. II.) Ad I, §. 10. differit de decem praetoribus Atheniensibus, qui ad Argivias pugnarunt. III.) Ad I, §. 10. de psephismate Canoni. IV.) Ad II, 1. 6. de nomine Dariae, regis Persarum, et genealogia hos loco tradita. V.) Ad II, 3, 17. de The-

Theramenis cognomine Cothurnus. VI.) Ad III, 1, 1. quaeritur utrum Xenophon an Themistogenes fuerit **auctor** commentariorum de expeditione Cyri minoris, qui **hodie** in operibus Xenophontis exstant. VII.) Ad III, 1, 6. diffe-
ritur de Dercyllidae cognomine Sisyphus. VIII.) Ad VI,
2, 19. quaeritur de insulis Sphagiis. IX.) Ad VII, 5, 9.
proponitur conjectura de Pelleae aut Pallene; Arcadiae aut Laconiae oppido. Attenti lectores his excursibus addu-
centur et adiuuabuntur ad istarum quaestionum vltiorem
contemplationem, vbi opus videbitur, adhibendam. Ne-
que vero consilio optimo prorsus satisfactum esse quis-
quam negabit, qui, quantumvis bono apparatu, variorum
eruditorum obseruationibus, interpretationibus, animadver-
sionibus, hanc in rem congeso, Cel. Editori vti lieuerit;
plurimis tamen accurate intelligendis nunc demum viam
munierandam fuisse perspexerit, atque adeo hanc **editionem**
caeteris superioribus vberiorem repererit. Adiumenta ab
editionibus antiquis et versionibus, in hac editione adornare-
da, haec fere habuit: Editionem Aldinam utramque, Vene-
tiis 1503. et 1525 curatam, quarum prior est **princeps**
operum Xenophontis editio, altera illius mera repetitio;
Iunctinam secundam anni 1527. Florentiae editam, quae
mera est Aldinae, seruatis etiam vitiis, iteratio. Caruit tra-
men ea quea 1517. prodiit, atque ab aliis memoratur, cui
probabile est inesse lectiones quas Stephanus et Leunclavius
se in libris inuenisse iactant, Bryllingerianam, hoc est Ba-
sileensem, anno 1555. proditam, quae verhotenus recusa est
in eadem officina 1568. habet optimas lectiones, ad **eam**
que pariter Steph. et Leuncl. recensuisse Xenophontem vi-
dentur; Editionem Leunclavianam, Stephanianam secun-
dam a. 1581. priori enim non vsus est. Welshianam de
quarum indole et vsu, cum aliorum moutis tum Ernestii
ad Memorabilia Xenophontis Praefatione, disputatur. **Vsus**
est Latinis versionibus Pirckheimeri, Aretini, huius **tamen**

non tam versione quam excerptis, Leunctioniana, quam et seorsim addere placuit, et Goldhagenii, Scholae Magdeburgensis Rectoris, Germanica: cuius simplex nec affectata dilecio, intelligenterque vertendi peritia, eo valuit, ut consilientem plerumque adiuuaret et edoceret. Ope Codicum Manuscriptorum caruit. At Codiciis tamen Veneti in bibliotheca d. Marci lectiones adhibuit eas, quae pro specimine e quatuor capitibus libri primi excerptae exstant paucae in Catalogo bibliothecae d. Marci, qui Venetiis a. 1740. prodiit.

Ad Criticarum Animaduersionum genus refertur, quidquid ad restituendos librariorum culpa corruptos locos, cum ex aliis rationibus, tum ex citationibus Grammaticorum et Glossographerum veterum, pertinet. Non omnia quae illi habent, aut libuit, aut licuit usurpare, alioqui male plura huius generis videbantur colligi posse, cum ex editis illorum magistrorum scriptis, tum ex ineditis, vbi adhuc longe plura recondita latent, ad quae reseranda scilicet iis est via, quibus Parisinis et Lügdunensibus bibliothecis vti licet. Sed vel ex iis, quae prolata sunt, statui et decerni poterit, non infimo, vt fero fit vulgo, loco et precio monita istorum hominum esse habenda. Sic *γνωστὸν* vindicator VII, 4, 23. auctore Phauorino, *Διηγέρειν* pro *αἰτίᾳ* recipitur VII, 5, 23. ex Harpocratene. Moeridem tamen nolimus erroris accusatum esse, ideo quod *ὑπέρτατος*, quo *ὕπερτατος* est Xenophon VII, 3, 6. Atticum, *γνωστόν* commune esse scribat; cura *γνωστόν* quoque saepius in Xenophontis adhibitum reperiatur libris. Mensem Grammatici praecclare demonstravit Pierponit, in illa eruditissima bonaque frugis plenissima ad Moeridem praefatione p. 33. verbo, quid sequendum sit, admodum ad eundem p. 415. „Licuit omnibus scriptoribus Attici *γνωστὸν* vulgarem adhibere. Frustra sunt, qui ex his *εργασίαις*

exemplis Grammaticos erroris convincere conantur.¹⁰ Variorum doctorum coniecturae et sententiae passim, propriae quedam etiam interdum memorantur, in quibus quedam visae sunt mutationes non omnino necessarie. Cuiusmodi illam esse putamus, quaē fit in verbis IV, 3, 17. his: Ἀγωνίας μὲν οὐ Δελφούς αἴφιόμενος δεκάτη τῶν Λασίας τῷ θεῷ ἀπὸ Θυσεῖ, in quibus εἰς τῆς Αστας in locum εἰς τῆς λασίας substituitur, collato Plutarcho Agel. c. 19. hoc sensu, ut τὰ εἰς τῆς Αστας sint τὰ λαφυραὶ εἰς τῆς Αστας. Sed quid nō esse erat locum, unde esset praeda capta, nominare, sufficiebat dicere ex praeda, unde cuncte parta, fuisse, quibus templum Delphicum honorasset. Μενᾶν, quamquam precerta emendatione in Indicem quoque relatum, explicatur atqui, tamen non appareat quid commodi lucretur locus VI, 3, 6. si pro μὲν δὲ, quod ibi legitur, diuissim recipiatur, cum praesertim nihil frequentius sit apud Xenophontem illa forma: Ὄτι μὲν δὲ, πάντα μὲν δὲ. Quo ipso quoque explicatur a Suida: μενάνγε — τὸ ἀληθὲς, μᾶλλον μὲν δὲ. Nec vero quisquam interpretum, si a Leunclanio ad reliquias argumentari licet, quorum certe nemini de his mutandis in mentem venit, ideo minus sententiam verborum perspexit, aut minus accurate vertendo reddidit. Porro VII, 4, 23. vbi verba sunt: οἱ δὲ Ἀρχαῖοι αἴθριοι συνασπιδῶντες, includitur αἴθριοι, tanquam interpretamentum verbi συνασπιδῶντες. At ex verborum vicinia videtur intelligi, hanc vocem non facile abesse posse, praeedit enim κατὰ κέφας, cui, vi oppositum, respondet αἴθριοι. Iam αὐτεπιδιάνετο III, 4, 10. quid. ni defendatur ex vsu verborum αὐταναπληγῶν Col. I, 24. ac similiūm, Thucydide et aliorum locis obseruatis a Fischer, Animaduers. ad Gramm. Well. p. 369. et Bauero in Philologia Thucydideo Paullina p. 219. in quibus præpositiones ἀπὸ et ἀπά, in compositione peculiari vi carent. Tum vero VII, 4, 38. οἰδέντα αἴθιοντες ἡσαν ςτε δεσμοῖς πραιγνοῦνται aspergunt censebant, cur non potius vertatur: πολεμῶν,

non tam versione quam excerptis, Leundauiana, quam et soorsim addere placuit, et Goldhagenii, Scholae Magdeburgensis Rectoris, Germanica: cuius simplex nec affectata dictione, intelligenterque vertendi peritia, eo valuit, ut consilientem plerumque adiuaret et edoceret. Ope Codicuum Manuscriptorum caruit. At Codicis tamen Veneti in bibliotheca d. Marci lectiones adhibuit eas, quae pro specimenne e quatuor capitibus libri primi excerptae exstant paucæ in Catalogo bibliothecæ d. Marci, qui Venetiis a. 1740. prodidit.

Ad Criticarum Animaduersionum genus refertur, quidquid ad restituendos librariorum culpa corruptos locos, cum ex aliis rationibus, tum ex citationibus Grammaticorum et Glossographorum vocerum, pertinet. Non omnia quae illi habent, aut libuit, aut licuit usurpare, alioqui multo plura huius generis videbantur colligi posse, cum ex editis illorum magistrorum scriptis, tum ex ineditis, vbi adhuc longe plura recondita latent, ad quae referanda scilicet iis est via, quibus Parisinis et Lügdunensibus bibliothecis vti licet. Sed vel ex iis, quae prolata sunt, statui et decerni poterit, non infimo, vt fero sit vulgo, loco et pretio monita istorum hominum esse habenda. Sic *euast. dū* vindicator VII, 4, 23. auctore Phauorino, *Apianus* pro *avianus* recipitur VII, 5, 23. ex Harpeccione. Moeridem tamen nolimus erroris accusatum esse, ideo quod *ueteris*, quo *vetus* est Xenophon VII, 3, 6. Atticum, *γνώστες* commune esse scribat; cura *γνώστες* quoque saepius in Xenophontis adhibitum reperiatur libris. Mensem Grammatici praecclare demonstravit Pierfouur, in illa eruditissima bona que frugis plenissima ad Moeridem praefatione p. 33. verbo, quid sequendum sit, admonuit ad eundem p. 415. „Licuit omnibus scriptoribus Attici *αγροτην* vulgarem adhibere. Frustra sunt, qui ex his *exem-*

„exemplis Grammaticos erroris convincere conantur.“ Variorum doctorum conjecturae et sententiae passim, propriae quedam etiam interdum memorantur, in quibus quedam visae sunt mutationes non omnino necessarie. Cuiusmodi illam esse putamus, quaē fit in verbis IV, 3, 17. his: ἀγοράσσεις μὲν οὐ Δελφὸς αἴφικόμενος δεκάτη τῶν οὐ τῆς λαστικῆς τῷ θεῷ θυσεῖς, in quibus in τῆς λαστικῆς in locum εἰς τῆς λαστικῆς substituitur, collato Plutarcho Ages. c. 19. hoc sensu, ut τὰ εἰς τῆς λαστικῆς τὰ λάφυα εἰς τῆς λαστικῆς. Sed quid necessarie erat locum, unde esset praeda capta, nominare, sufficiebat dicere ex praeda, unde cuncte parta, fuisse, quibus templum Delphicum honorasset. Merū, quamquam pre certa emendatione in Indicem quoque relatum, explicatur atque, tamen non appetet quid commodi lucretur locus VI, 3, 6. si pro μὴν θν., quod ibi legitur, diuisim recipiatur, cum praelertim nihil frequentius sit apud Xenophontem illa forma: ὅτι μὴν θν., πάντα μὲν θν. Quo ipso quoque explicatur a Suida: μενύε — τὸ ἀληθές, μᾶλλον μὲν θν. Nec vero quisquam interpretum, si a Leunclauio ad reliquias argumentari licet, quorum certe nemini de his mutandis in mentem venit, ideo minus sententiam verborum perspectat, aut minus accurate vertendo reddidit. Porro VII, 4, 23. ubi verba sunt: οἱ δὲ Ἀρχάδες αἴθριοι συνασπιδεύντες, includuntur αἴθριοι, tanquam interpretamentum verbi συνασπιδεύντες. At ex verborum vicinia videtur intelligi, hanc vocem non facile abesse posse, praecedit enim κατὰ κέρας, cui, vi oppositum, respondet αἴθριοι. Iam αὐτεπινθάνετο III, 4, 10. quid ni defendatur ex usu verborum αὐταναπληγὴν Col. I, 24, ac similium, Thucydidisque et aliorum locis obseruatis a Fischero, Animaduers. ad Gramm. Well. p. 369. et Bauer. in Philologia Thucydideo Paullina p. 219. in quibus præpositiones ἀπὸ et ἀπὸ, in compositione peculiari vi carent. Tum vero VII, 4, 38. οὐδένα αἰγισύντες ήσαν οὐτε δεδίδας pro dignum et aeguum censebant, cur non potius vertatur: οὐδένα,

bent, vetabant quenquam vinciri, quandoquidem agere simpliciter est velle Aet. XV, 38. Sed haec leuicula, ne cui tractum aliquid capere voluisse videamus, omittamus, et il- luc, unde digressi sumus, reuertamur. Laudauimus autem huius editionis bona, commendauimus uerbum eius, quem etiam obtinebit, etiam si de ea refingenda et augenda editor ipse iam quoque cogitat.

**DE SUBTILITATE ORATIONIS PHILO,
sophiae: Auctore CAROLO ANDREA BELIO;
Poeſ. Prof. Publ. Ordin. in Acad.
Lipſienſi.**

Sæpe malos audiui, qui, quum in Philosophiae mentionem incidissent, veluti quodam furoris afflatu correpti, nihil nisi summam eius sublimitatem in ore haberent, et usque assuerarent Philosophiam non communem hominum sermonem tradi posse nec debere. Sed caelestem quandam requirere orationem. Quod quoniam mihi mirum videbatur, in primis quia non eos solum, qui fere a disciplina academicis recentes essent, sed illorum quoque nonnullos, qui Philosophi et esse et haberi vellent, vocibus istis uti meminaram: saepius ex iis quæcumque, quamvis sua sententiae rationemque esse putarent; sed nunquam illam, aliam vocem exprimere ex iis posui, nisi quæ vulgaria quaedam, atque omnibus et lippis et tomoribus nota, de diuina Philosophiae præstantia, balbusiret. Erimuero quum intelligerem, istocum hominum opinionem, ex fonte pestilenti haustum, letius manare, et per plororumque nostris tem-

po-

poribus litterarum studia aemulantium sociordiam, placidamque et a laboribus vacuae vitae amorem, ut vniuersae doctrinae, ita praesertim verae Philosophiae, perniciem minari: rem non negligendam, sed diligentius inspiciendam, et, hac temporis opportunitate oblata, in lucem proferendam censui. Constat enim, hanc nostram litterarum Vniuersitatem, omni fere tempore, barbarie ingruenti et grassanti fortiter restitisse, eamque a suis certe finibus repulisse; quamuis mutato semper vultu, variisque formis, monstrum illud saepius recurrisset. Hac igitur mente, hoc animo, nobis inabuenda videbatur iuuentus generosa, qua litteris, potissimum ab humanitate dictis, operam esset olim nauatura, vt, quidquid verae eruditioni officeret, id repudiandum, et ab hac antiqua bonarum litterarum sede arcendum iudicaret.

Neque vero dubito, quin omnes periti rerum iudices perspiciant, quantum detrimenti ista peruersa plurimorum opinio, de singulari quadam Philosophiae sublimitate aut subtilitate, quam ipsis explicare non possunt, omnibus omnino litteris doctrinisque afferre possit, et iam coepерit. Nam quum apud omnes, haec sententia recte atque vere obtineat, sine iusta Philosophiae cognitione, in reliquis doctrinae partibus nil profici: mirum sit, si quis a Philosophia peruerso instructus harum cultum cupiat. In Theologia quidem, satis constat, tam corruptam quandam orationem, ab hac ipsa origine profectam inualuisse ut eruditissimi et humanissimi Theologi necesse ducerent, iuvenes certe ab ista peruersitate auocare, et ad honestius dicendi genus cohortari. Evidem haud ignoro, iam alios olim bonarum litterarum statores, in his *Ernestium*, Virum summum, unicum omnis verae doctrinae adhuc columnen, et vocem, et scriptis, maxime *Prototypes de Philosophia populari*, aliquatenus minus summis ampliis stipulis: va-

rum, quum erroreque opiniones apud plurimos impressas alius reperiantur, quam vere dicta, multi adhuc in isto errore suo perseverare maluerunt, quam

āllarū mūdorū dīcūm

Cl̄ p̄r̄ F̄er̄ḡl̄ s̄is.

Quid? quod nonnullorum, sublimum dicere a obscenorum Philosophorum, stulta aedacia eo progettatur, ut alios, qui elegantius de rebus philosophicis disserant, atque vere subiles sint, non odio solum persequantur, sed calumnias quoque petant. Nec defunt boni adolescentes, more scotuli, scholarum fere abortus, qui coevo quedam impetu in horrida ista dumeta resant, cardinque agrestibus alieni memorem velint. Sed ne querendo, aut accusando, tempus perdere, aut operam lectorum eludere vides, quaerens nunc placet, quid de illa vulgo iactata sublimitate in tradenda philosophia statuendum sit, nihil enim.

Primum vero illud intelligamus, nomen sublimitatis male hic usurpari, et hanc dubie, ut fieri solet, ex lingua theotica via suam habere. Nam quas Aristotle, Longinus, Cicero, aliquique voces et recauiores doctissimi rhetores, de sublimitate orationis tradidit et praescripsit, serum sane non maior melioris in decadendo Philosophia, quam in alia quavis doctrinae parte, vult erit; vel potius nullus erit. Verum, quom̄ ne ipsi quidam sublimioris causam orationis philosophicae amctores et defensores cogunt eius rationem tenere videantur, certe explicate cari pat solint, aus nequeamus; val et ceteris scriptis et ceteris sermonibus, tota ille orationis sublimitas erit dissimilans. His vero cognitis, tantum abest, ut vident veritas in eorum oratione sublimitatem perspicias, ut potius veritas diocendi genus humi repere videamur. Nam et ceteris connotare personam pedes, querimus tamen inservillios, segnem, qui ex-

ad stimulare, sublimitatem inesse in vocabulis artis, quos terminos technicos dicunt. Quo certe nihil stultius dici poterat. Nam huiusmodi vocabula in qualibet arte necessitas inuenit et protulit, ad rem, aut rei notionem, breuiter et distincte significandam et determinandam: quae eorum necessitas ubi nulla apparet, ibi nec usus eorum probandus est. Stoicorum vero exemplum, qui nouo, et a communi sermone abhorrente dicendi genere, in Philosophia delectati, eoque auctoritatem sibi conciliare conantur, nemo sanus laudet, aut imitandum putet. Nam ne veteres quidem illorum differendi rationem hoc nomine probarunt, sed potius vel irriserunt, vel contemserunt. Ac licet Cicero eorum placita, libris suis philosophicis, interdum explicet, deque iis latius disputet: non tamen illorum dicendi genus sequitur, sed res atque sententias ab iis sumtas suae orationis filo format. Nec vero unquam aliquis idcirco Stoicos sublimitatis reos fecit, quod vel in vocabulis discernendis nouansque, vel in potestatibus eorum definiendis, arguti essent, sed doctissimus quisque eos sue abundare sensu passus est.

At, dicet aliquis, nonne in isto Stoicorum more philosophandi aliqua certe subtilitas cernitur, quam nostri, nominis vi non intellecta, a seque student? Fieri potest, auctore Cicerone Tuscul. I, 3 ut recte quis sentiat, et id, quod sentit, posse eloqui non possit. Videmus igitur, quomodo isti, gloria sublimitatis desperata, subtilitatis laudem tueantur. Est enim profecto propria quaedam Philosophis subtilitas, ea quidem orationis virtus, quae omnia via ac ratione docet nihil superfluum, nihil cursum, nihil falsum, omnia recte dicit atque perspicue, nec modo sine vitio sententiarum verborumque, sed etiam cum elegantia quadam de rebus differit. Atque haec subtilitatis forma, quemlibet, puto, philosophiam profitentem, ita capiet, ut nemini

niem eorum fore existimem, quin illius in complexu et Gatu
conquiescere cupiat. Nam hodie quidem nullum est genus
Philosophorum, quales Cicero se nosse testatur, Tuscul. II,
3. qui ipsi proficiuntur, se neque diffinisce, neque distribuo,
neque eleganter, neque ornate dicere et scribere. Vero et
autem, ne plurimi, qui suas doctrinae subtilitatem tribuare,
veram etiam rationem aut proflus non teneant, aut certe
misere deserant. Stet igitur fides penes auctorem quem-
que. Nos quidem istam solam in Philosophia agnoscimus;
eam veram Philosophi subtilitatem esse breviter demonstra-
re instituimus.

Atque in eo etiam erudita antiquitas, recentiorque
acta illius vestigia premens, confessat, Philosophiam esse
pabulum animi, quo hominum ingenia ad omnem veritatis
cognitionem, humanitatisque cultum, alantur. Quam
ipsam ob easam singulare quoque Philosophiae partes, re-
sistane, humanitatis disciplinas et habentur, et dicuntur.
Quodsi ope Philosophiae ali facultas intelligendi, diudi-
candi vis acui, et animus cognitione veram magnarum uti-
liumque, et imabui honestatis sensu deber, ea sane dispu-
tandi ratio requiri a Philosophero videtur, quae et subtilitate
et elegans se commendet. Hanc vero admiratur dectissi-
mus quisque in illis antiquis Graecorum Larisorumque
Philosophis, quos ne nostri quidem, illorum ceteroquin
obrectatores, omnis Philosophiae principes, et complectis-
simos auctores esse negat. Horum autem libros si quis
diligerenter cognoverit, et cum recentiorum plerorumque
scriptis philosophicis contulerit, tantam orationis diffini-
tudinem, quanta posse esse maxima, apprehendorit. En-
tunc dubitabit, vera philosophandi ratio sit subtilior? Nullo
modo putem, nisi omni humanitatis sensu careat. Quis
enim illam subtilitatis vibratilis siccitatem, quam in Scho-
lastivorum, et recentiorum, ad illorum exemplum scriptis

fibris, ubique, cum quandom semper fatidio sentimus,
Graecorum et Latinorum sermonibus de Philosophia, co-
piosis et prae dulcibus, anteponat?

Est igitur, hoc loco excipiet aliquis, subtilitas etiam quaedam eorum, qui nulla adhibita differendi elegantia, ratione ac via philosophantur? Sit sane, si nomine subtilitatis abuti velis, et ad orationem transferre, quam pericissimi dicendi magistri aridam potius atque jejunam appellari iubent. Forsitan vero haud pauci me iniquitatis insimulent, qui nullam doctrinae philosophicae subtilitatem esse contendant, nisi cum aliqua orationis elegantia coniuncta sit. Evidem nos sum nescius, apud Veteres etiam, tum Graecos, tum Latinos, genus Philosophorum fuisse, qui non tam elegantiae in dicendo, quam diligentiae in disputando, studiosi essent: qui accurate omnia definire, certa capita ac genera rerum ponere, et sub his formas ac partes singulas ordinare, denique generum formarumque causas exponere, et omnino artis dialecticae tenacissimi, vera a falsis, magno cum labore, nec sine prospero successu, discernere studebant, de verborum autem sententiarumque elegantia minime laborarent. Idem vero illud etiam scio, scripta illorum neminem praeter suos legisse, et splendidissimo quemque ingenio ea nisi contempsisse, certe tamen neglexisse. Sed Platonem, reliquosque Socraticos, auctore Cicerone Tuscul. II, 3. et deinceps eos, qui ab his profecti erant, legerunt omnes, etiam qui illa non approbarent, aut non studiosissime consequerentur. Causam vero, cur illi iacuerint neglecti, hi vero ab omnibus doctrinae eruditionisque cupidis fuerint cum delectatione lecti, facile quis intelligit.

Ceterum haec ipsa res effectissime videtur, ut subtilitas, quae vere et natura esset vera, inducet et distingue-

et alia sa scholiarum umbris delitescens, trifis ac tetrica,
etia, cui predire ab lucem licet, elegans atque erudita di-
ceretur. Illam igitur priorem, nonnullis eorum, qui me
in laude subtilitatis ipsis erienda iniquiorem putabunt, fa-
cile concedam; modo mihi dext, verissimum esse, quod
Cicero contendat, hanc idemum perfectionem esse Philosophiam,
quae de maximis questionibus copiose posset ornataque dicere.
Quid? copiose atque ornata, non autem subtiliter? Legat,
quicunque tam rusticus urget, libros istos Tuscularum
Questionum a Cicerone Philosopho conscriptos; iisque le-
cta et intellectis pronunciet, quid subtiliter in iis deside-
rit. Tum vero e suis scriniolis vnam modo questionem
proficit, subtilius explicatam isti quinque dierum scholis
iugis in tociendis libris Cicero conculit.

Quodsi illa Dialecticorum diligentia non abhorret ab
orationis elegantia, sed utraque potius recte utiliterque
coniungitur; quaerendum deinceps videtur, quae causae
sint, cur haec ab illa a plurimis non modo se iungatur, sed
etiam prae ea contemnatur. Etsi vero plures huius per-
ueritatis causas reperiri arbitror, tres tamen, quae mihi vi-
dentur praecipuae, commemorare modo placet. Prima
haud dubie est neglecta a nostris veterum Graecorum Latini-
orumque librorum lectio, vel propter ingenii tarditatem,
vel propter delicatissimum inertissimae segnitiei fastidium.
Quidquid enim vel severi nostri morum magistri, vel delica-
ti et otio abutentes homines, bellae, inquam, animae,
contradicant; nunquam ramen vincent, eos falli, qui per-
tent atque contendant, celeres animi, ingenique motus,
qui et ad recitandum acuti, et ad explicandum ornandumque
sint copiosi, non alio modo certius expitari et agi,
nisi Graecarum Latinarumque litterarum monumentis dili-
genter atque assidue legendis. Quod ipse ipsa et experien-
tia quotidiana fatis docere atque confirmare videtur. Nam
in

in omnibus doctrinae partibus eos fero et intelligendi prudenter, et eloquendi celeritate, excellere constat, qui Graecorum Latinorumque litteris subiecta habent ingenia. Ceteros vero, qui non ita liberaliter instituti, sine iusta istarum litterarum cognitione ad quascunque doctrinae partes accesserint, vix apud mediocres homines dicere satis acute atque dilucide posse vidimus. Imperitae enim plebeculae admirationem, vel potius stuporem, obscure aut ambitiose dicendo iniicere, is quidem plane nullus doctrinae fructus est putandus, qui in eo potius cernitur, ut, quae sentias de omni litterarum genere, ea subtiliter persequendo, audientium legentiumue animos liberali quadam voluptate perfundas, et differendo, quo velis, adducas.

Altera causa, quae nonnullos, qui Philosophiam profitentur, doctae illius et antiquae subtilitatis negligenter reddat, ab eorum quadam obscuritatis affectatione videtur arcessenda. Sunt enim, qui obscuriori scientia delectentur, et obscurissima quaeque homine docto dignissima existiment. Verum, eti magnam ingeniorum diuersitatem esse, et alium alia mentis facultate pollere, inter omnes constat; vereor tamen, ut isti obscuri viri magnam ingenii laudem vindicare sibi possint. Nam nobis nunc non est sermo de *Newtonis*, *Leibnitii*, *Wolfiis*, similibusque philosophis, qui res obscuras, tamen valde utiles atque necessarias, indagant, et mente scientiaque comprehendere student; sed cum illis potius nobis res est, qui res notas, et ab aliis dilucide atque scienter explicatas, ita argutius suis persequuntur, ut eas obscuritate inuoluere laboreat. Nemo enim sanus dubitet, quin unicum philosophiae munus sit, ut res obscuriores clare et explicite tradat. Multi vero recentiorum philosophorum illud sibi proposuisse videntur, ut Kabbalistarum more, nomina nota notionibus obscuris et vobis difficiliter explicantur, et sedulliciter malo arguuntur, ex philoso-

sophia; quae maxime popularis esse deberet, mysticam quandam doctrinam conficeret. Quis paulo humaniorum eorum studium operamque probet? Cicero quidem de Orat. III, 19. dicit: *ut ea, quae dicamus, intelligantur, assi qui possimus dicendo verbis usitatibus, ac proprie demonstrantibus ea, quae significare volemus.* Itotum vero oratio, tantum abest ut laudes adhibeantur rebus; ut obscuritatem potius a tenebris afferat. Nec unquam tales philosophi, qui obscuri et esse et haberi vellent, neque apud Graecos, neque apud Romanos, neque apud aliam gentem politiorem, sunt laudata, quam paterent, consecuti; quam ceteri, qui per spiculati et subtilitati eleganti studuerint, et viui summo in honore fuissent, et mortui cum maximo florent. Esi enim vulgo existimant, in philosophia res spectari, non verba pendi; plurimum tamen interesse quisque intelligit, quemadmodum de istis rebus dicatur. Atque id eo magis in tradenda philosophia spectandum videtur, quo certius constat, eam per reliquas omnes doctrinas partes diffundere lacera debere. Igitur hic in primis illud Aristotelis praceptorum, Rhetor. III, 2. tenendum erit: *λόγος ἀργεῖ, οὐδὲν ὅτις τραπεστὸς γε, ἐπὶ ἡ λόγος, οὐ μὴ δηλῶ, σὺ ταῦτα τὸ πάντα τοὺς λόγους.*

Neque tertium illud, ad excusandam tristem et fieri cum plerorumque inter recentiores subtilitatem valē, quod volunt, multas philosophiae partes tam subtileas et lucidas esse, ut hominum plerorumque captum excedant. Tac enim, ut *natura multarum rerum veritatem, auctore Dilectorio, te profundo penitus abstruderit*, enimvero philosophum doctus et sapiens eam non limo obstatam, sed per purgationem, et nitoris suo naturali restitutam, producere in conspectum hominum debet. Atque id fieri posse, omnis philosophiae inventores Graeci, eosque secuti Lascini, exemplo suo ostendebant. Nec audiendi essent, qui aliud sibi di-

dicent, familiari sermone, de rebus ad philosophiam pertinentibus, differere, quod Cicero aliique veteres fecerint; aliud, quod in scholis fiat, diuersas philosophicae doctrinae partes in arte tradere. Nam ea quoque, quae in scholis philosophorum via ac ratione docentur, sermonis elegantiam subtilitati conjunctam capere, praeter Veteres quosdam. *Ernestius* noster, editis solidioris doctrinae initii, ostendit, eoque ab ipsa philosophia gratias iniit immortales. Omnino autem non intelligo, quid nostri, vitiosae suae orationis culpam in rerum ipsarum difficultatem subtilitatemque conferentes, sibi velint. Nam nullas res nouas, sed antiquitus plerasque iuuentas, et dudum explicatas ac demonstratas, tradere eos constat. In his vero repetendis, et vel voce vel scripto tradendis, nullae aliae iis sunt partes datae, quam ut subtiliter de iis differendo, editum ingenii discendi cupidis ad ea, quae recondita sint atque inter ora, cognoscenda patefiant. Nonne vero in re difficii atque subtili, licet sermone facili et perspicuo vti? Cur igitur scholas philosophicas habent, si obscura non nisi obscure interpretari et explicare possint, nec limati atque vere subtile philosophi, qui res explicit propriis perspicuisque verbis, esse velint. Bene *Arminius*, in Epistola quadam ad *Ioannem Vytenbogardum* scripsit: *ineruditus est, imo incogitantis, non curare quibus verbis sententiam veram enuntiet.* Mihi vero ii, qui tetricae suae subtilitatis hanc afferunt causam, quod philosophia in obscuris, et quae sint supra plerorumque captum, rebus versetur, fateri potius videntur, ne sua quidem ipsorum ingenia esse talia, quae istas res capere, et super iis via ac ratione philosophari queant. Nam verissime profecto *Quintilianus*, Institut. II, 3. dicit: *plerumque accedit, ut faciliora sint ad intelligendum, et lucidiora multo, quae a doctissimo quoque dicantur.* Paulo post: *erit ergo etiam obscurior, quo quisque deterior.*

sophia; quae maxime popularis esse deberet, mysticam quandam doctrinam conficeret. Quis paullo humaniores eorum studium operamque probet? Cicero quidem de Orat. III, 19. dicit: *ut ea, quas dicamus, intelligantur, affer qui possimus dicendo verbis usitatis, ac proprie demonstrantibus ea, quae significare voluntur.* Idotum vero oratio, tantum abest ut lumen adhibeat rebus; ut obscuritatem potius a tenebris afferat. Nec unquam tales philosophi, qui obscuri et esse et haberi vellent, neque apud Graecos, neque apud Romanos, neque apud aliam gentem politiorem, sunt laudata, quam peterent, consecuti; quam ceteri, qui perspicuitati et subtilitati eleganti studuerint, et viui somino in honore fuisseint, et mortui cum maximo florent. Esi enim vulgo existimant, in philosophia res spectari, non verba pendi; plurimum tamen interesse quisque intelligit, quemadmodum de ipsis rebus dicatur. Atque id eo magis in tradenda philosophia spectandum videtur, quo certius constat, eam per reliquias omnes doctrinae partes diffundere lucem debere. Igitur huc imprimis illud Aristoteles praeceptum, Rhetor. III, 2. tenendum erit: *Ἄγετος ἀγέτης, οὐδὲ ἄλλος οὐδὲ γαρ, ἐπειδὴ λόγος, οὐδὲ μῆν θύλακος, οὐδὲ τάραχτος λόγος.*

Neque certius illud, ad excusandam tristem et fieri plerisque inter recentiores subtilitatem valē, quod volunt, multas philosophiae partes tam subtilestes et levatas esse, ut hominum plerorumque captum excedant. Nam enim, ut *natura multarum rerum veritatem*, auctore Democritio, *ta profundo penitus abstraherit*, eniu more philosophus doctus et sapiens eam non limo obstatum, sed purgatam, et nitoris suo naturali restitutam, producere in coenepictum hominum debet. Atque id fieri posse, omnis philosophiae inventores Graeci, eosque secuti Latinii, exemplo suo videntur. Nec audiendi omnes, qui aliud effodi-

dicent, familiari sermone, de rebus ad philosophiam pertinentibus, differere, quod Cicero aliique veteres fecerint; aliud, quod in scholis fiat, diuersas philosophicae doctrinae partes in arte tradere. Nam ea quoque, quae in scholis philosophorum via ac ratione docentur, sermonis elegantiam subtilitati coniunctam capere, praeter Veteres quosdam, *Ernestius* noster, editis solidioris doctrinae initii, ostendit, eoque ab ipsa philosophia gratias iuit immortales. Omnino autem non intelligo, quid nostri, vitiosae suae orationis culpam in rerum ipsarum difficultatem subtilitatemque conferentes, sibi velint. Nam nullas res nouas, sed antiquitus plerasque iuuentas, et dudum explicatas ac demonstratas, tradere eos constat. In his vero repetendis, et vel voce vel scripto tradendis, nullae aliae iis sunt partes datae, quam ut subtiliter de iis differendo, aditum ingenii discendi cupidis ad ea, quae recondita sint atque inter ora, cognoscenda patefiant. Nonne vero in re difficii atque subtili, licet sermone facilis et perspicuo vti? Cur igitur scholas philosophicas habent, si obscura non nisi obscure interpretari et explicare possint, nec limati atque vere subtile philosophi, qui res explicit propriis perspicuisque verbis, esse velint. Bene *Arminius*, in Epistola quadam ad *Ioannem Vytenbogardum* scripsit: *ineruditus est, imo incogitantis, non curare quibus verbis sententiam veram enuntiet.* Mihi vero ii, qui tetricae suae subtilitatis hanc afferunt causam, quod philosophia in obscuris, et quae sint supra plerorumque captum, rebus versetur, fateri potius videntur, ne sua quidem ipsorum ingenia esse talia, quae istas res capere, et super iis via ac ratione philosophari queant. Nam verissime profecto *Quintilianus*, Institut. II, 3. dicit: *plerumque accedit, ut faciliora sint ad intelligendum, et lucidiora multo, quae a doctissimo quoque dicantur.* Paulo post: *erit ergo etiam obscurior, quo quisque deterior.*

Tum vero non magnam, aut potius nullam utilitatem, ex ista ieiuna recentiorum philosophandi ratione, nec ad reliquias doctrinæ partes, nec ad reipublicæ gubernationem, nec ad hominum societatem, nec ad vitae cultum redundare posse, omnes intelligent. Nam si ea nil prodest ad apte subtiliterque de re quavis dicendum, et scribendum, quis eius non spernendus erit vñus in docendis artibus atque doctrinis, in rebus pace belloque gerendis, in salute societatis humanae tuenda, denique ad bene beataque vivendum? Nemo vero miretur, me de tali philosophiae utilitate ponere quaestionem. Hanc enim inde ab antiquis sumis temporibus laudem philosophiae esse, ut mentes animosque rerum plurimarum et optimarum cognitione allet; atque vitam publicam et primatam pulcherrimis institutis regat, nemo est qui ignoret. *Aelianus* quidem Varr. Hist. II; 17. magnum philosophorum, quorum sapientia præstantaque magnæ civitatis stetere, numerum refert. Atque *Plato* quum auctor sit, optime gubernari rempublicam, quae philosophis sit commissa, nulla sine modo tetricis illis et umbraticis philosophiae doctoribus gubernacula ciuitatum regendarum vult traxi, sed hominibus potius doctis atque eruditis, qui vivuerfam omnium rerum naturam plene perspectant habeant, luculenterque explicare possint.

Nec obiciat aliquis, hodie neminem eorum, qui philosophiam profiteantur, capessere rempublicam: Nam et horum tamen seholis tales euadere inuenies debent, qui vñlenti aliquando operari reipublicae nauent. Quod an ipsi fuisse philosophandi genus, fortasse acutum, sed abhorrent ab vita publica, obscurum, exile, ieiunum, præstes, ipsi viderint. In reliquis vero doctrinæ partibus recte cognoscendis, niteque tractandis, quantum illa vulgaris philosophandi ratio profit, vel potius obfit, pterique tunc; quamquam sero, sentiunt, cum dicere de iis aut scribere coguntur.

tur. Quis enim hanc, de qua loquimur, philosophiae visus in eloquentia? Cicero quidem in omnibus suis Rhetoricae libris hunc philosophiae fructum ita ostendit, ut e philosophorum scholis optima Oratores evadere obtinaret. An vero idem illud de nostris plerorumque ^e scholis gloriari licet? Mihi quidem saepissime hac de re cogitanti, locus nobilis e Gellio Noctib. Att. V, 15. in mentem venit, vbi post relatam huiusmodi quaestionem acutam, ita concludit; *Hos aliosque tales argutae delectabilisque desidias oculos quum audiremus, vel lexitaremus; neque in his scrupulis, aut emotamentum aliquod solidum, ad rationem vitae pertinens, aut finem ullum querendi vidremus: Ennianum Neptolemum probabamus, qui profecto ita ait;*

Philosophandum est paucis. Nam omnino haud placet.

Neque vero miror, si multis, qui hanc de philosophia differendi rationem sequuntur, idem accidat, quod Pacuviano Amphioni evenit, auctore Cicerone de Divinitatibus II, 64. qui cum obscurius dixisset, Attici respondent: *non intelligimus, nisi aperte dixeris.* Necesse enim est, ut ^{et} ~~et~~ ^{et} ~~et~~ ^{et} ~~et~~ ^{et} ~~et~~ ^{et} ~~et~~ ^{et} ~~et~~ illud philosophandi genus, auditoribus subinde oscitantibus, displiceat, quum magno verborum apparatu, magnaq[ue] animi contentione, friuola quaeque, et in nullam partem via, vnius cuiusdam placita, subtilius, ut putant, id est obscurius, explicentur. Sed de hoc mox deinceps plura dicemus. Nunc de utilitate huius philosophiae quaerimus. Quis autem Historicus, quis Orator, quis Poeta, quis denique fanus, istam ei laudem tribuat, quam a Cicero Tusculan. V, 2. sqq. philosophiae tributam summa cum voluntate legimus.

At vero certe existimandum erit, illam vulgarem philosophandi rationem cum quidam animi oblectatione concordare esse, quae pluribus eas commendet. Jam supra

mentionem facimus, quælia ferè ingenii effens, quæ obser-
ritate magis, quam perspicuitate tenerentur. Hoc loco il-
lud modo tenendum est, non id queri, utrum ingenii et
liberalioris instituta mens, ex investigatione atque cogitatio-
ne rerum abditarum, percipere voluptatem possit et debe-
at: sed potius illud, an docti et prudentis philosophi sic,
adolescentes philosophiae addiscendae cupidos, horrido at-
que inculo philosophandi genere, a vere philosophiae sa-
nitate arcere? Ille fortasse non invincundus labor nonnullis
fuerit, haec autem consuetudo ab omni humanitate abher-
rere videtur. Alijs tamen contemplandi exercitatio, aliquid
cendi: ratio esse debet. Nos quidem industrie, quam
quisque in vero iuvestigando consumit, modum non faci-
mus: attamea hac semper exatione opus esse indicamus, ne
quis puzet, omnia, quæ magno cum labore ipse cognou-
erit, omnibus atque locis necessaria atque iucunda, adeoque
per omnes ambages eodem studio, eadem virtute contingen-
te, indaganda esse.

Iam vero refutat, ut de via ac ratione, veram illam,
quam diximus, orationis philosophiae facultatem compa-
randi et obtinendi, nonnulla præcipiamus. Non nosris
quidem temperibus eo maiorem philosophie adhucdam
esse curam arbitror, ut eam in docendo facilitatem sequantur,
quæ maxime perspicuitati iusfaesque breuitati infer-
unt, quo magis plerique nostrorum philosophiae studia an-
mulantur. ordinis locoque et aetate, Graecis Romanis
que philosophicas disciplinas operari dantibus sunt dispo-
nere. Primum igitur, idque non nouum quidem, sed vul-
go neglectum, ideoque serio philosophiam discundib[us] at-
que docentibus inculcandib[us] præceptum est, ut ab iis le-
ctioni veterum Scriptorum plus temporis et operae tribua-
tur, quam fieri a plerisque sollet. Hinc librotum graci-
e cum latiorumque libris concentans, supra im-
com-

communem etiam, cur plurimos de subtilitate philosophica perire iudicare putaremus. In quo nos minime falli certissime perficiet, si quis Veterum illorum philosophandacionem cum recentiorum plororumque doctrina conulerit. Si igitur Graecorum Latinorumque instituto, quod omnium Seculorum grauissimi doctissimique homines probarunt atque commendarunt, tractare philosophiam placet, ex eorundem monumentis cognoscendum erit, qualis eorum philosophandi ratio fuerit, cuius ope hanc assediti sint laudem, quod et in definiendis rebus, et in explanandis, semper pressi essent atque elegantes. Neque vero solos philosophorum veterum libros assidue diligenterque ab iis, qui cum laude in philosophia versari velint, legendos esse arbitror, sed Oratorum quoque, Historicorum, atque Poetarum scripta, diurna nocturnaque manu futuro philosopho versanda. Quibus legendis quantum in ipsa philosophia cognoscenda proficere possint, non est huius loci disputare, quum eorum lectionem nunc modo commendamus, ut inde vera de rebus subtiliter doceque differendi ratio discatur. (Sed subest periculum; ita aiunt isti subtile philosophi, ne talibus gentilium libris legendis, sensim transfundatur in animos legentium paganismus; tectum esse venenum, exitiale homini christiano. Nugae! *) Sed ne hoc quidem latius edifferendum videtur, quia suus quemque sensus docere potest, res bonas magnasque, verbis electis grauiter ornateque dictas, maiori cum voluptate, atque etiam utilitate, fere ab omnibus audiri, legi, atque cognosci. Nam et si Cicero de Fin. B. et M. I. 5. fate-

D 3.

*) Confessata haec leges in Commentariolis nostris, de Barbitore filio etiam filia: de optimis causis fanaticos, in litterarum graffitibus, venadis: de lectis Scriptis, vero: Graecor. et Latinor. ad seruum benefic. et merito probossem. referendas.

tur, oratione Epicuri, minus culta atque corfa, si non magno pere offendit: tamen paulo infra addit, vellem equidem, aut ipse doctrinus fuisset infructuor, (est enim non satis politus in artibus, quas qui tenent eruditii appellantur,) aut ne determinasset alias a studiis. Ego vere sollem, utrumque hodie in complates de nostris dici posse. Hi tamen ipsi intelligent, quantum assidue diligentique Veterum lectori tribuendam sit, si modo agnoscere volent, esse naturalem quandam orationis pulchritudinem, a qua philosophum minime omnium abhorret decessat. Verum hanc doctrinam usque, et in primis consuetudine atque familiaritate cum Graecorum Latinorumque libris comparari, doctis omnibus constat.

Alterum, quod hac de re praecipuum videtur, est, vt, qui philosophiam profitentur, instituant, more Veterum, non modo saepe familiares de rebus ad ipsorum doctrinam pertinentibus, habere sermones, sed saepius de his scribere, ita quidem, vt ab omnibus, etiam differentibus, seu non solum libenter legi, sed facile etiam intelligi valint. Vecissimum enim certissimumque est, dicendi aquae scribendi consuetudinem et exercitationem, cum intelligentia prudentiam acuere, tum eloquendi facultatem celestemque incitare. Nec dubitandum esse videtur, si ii, qui omnem orationis cultum in philosophia negligunt, in hac exercitatione se suosque continerent, quin efficiet facilius intellectum, multa sibi obscura, nec factio dubitanda esse, quae se dum cognita perspectaque habere putassent. Nam rectissime magnus *Erasmus* statuit, non melius percipit, num quis aliquid satis teneat, quam experiendo, num aliis illud perspicue planeque tradere possit. Verum si plene docere velis, non tibi tuaeque familiae propriis yterendum est verbis, et loquendi formulis, sed, auctore *Cicerone* de *Invent.* H, 17. opinio dominum sequenda, considerandumque, quem-

quemadmodum, et quibus in rebus, homines, in consuetudine scribendis aut fermorinandi, ut vertit uti soletant. Quod non eo valere voluntus, ut plebeius quilibet, et rufus homo philosophiam docentem intelligat; sed ut si, qui ingenio ad philosophiam apto, et litteris bonis subacto sint praediti, obscura doctoris differendi ratione non impedianter quo minus ea, quae in philosophia tradantur, capiant. Quod nunc fere secus fieri videmus. Nam saepe stupidissimi, et optimarum artium plane expertes, se doctoris obscuri φιλοσοφίαν penitus perceperisse gloriantur, quam optimo quisque ingenio se ex eadem disciplina nullo cum fructu discessisse queratur. Cuius rei sane non alia videtur esse causa, quam quod in tradenda philosophia a populari orationis genere, atque a consuetudine communis sensus, plurimorum differendi ratio nimis abhorret. Atque hoc ipsi sentirent, si crebriori ex communi usu, atque ex hominum politiorum more, dicendi et scribendi exercitatione veterarentur.

Huic praecepto tertium, cum illo maxime coniunctum, addimus, ut philosophi in scholis, quibus suorum scientiam philosophiae tentant, et facultatem de rebus cognitis differendi explorant, philosophiae studiosos consuefiant, non sola magistri dictata repetere, sed res atque placita suis potius verbis definire, distinguere, explicare, et demonstrare. Deinde in scholis, quae solent haberi ut iuvenes disputando scribendoque exerceantur, videndum erit, ut doctor, qui istiusmodi exercitationibus praest, quaestiones, de quibus disputetur, aut scribatur, vel ipse proponat, vel eas certe, quae a familiaribus proponuntur, diligenter percerreat, atque grauissimas et utilissimas eligit. Quantopere enim iuvenes plerumque in hoc delestant, opiniones fere paradoxas et inutiles, si modo ingeniis valgo patentes, ceteris melioribusque, praefere-

per

rentes, non opus est pluri^mis confirmare. Quodsi de pluri^mis philosophiae veris, certis, graui^sbus atque utilibus, disputatione aut scribere coguntur, elaborandus iis est, et circumspiciendum, quomodo ista placita definiendo atque distinguendo recte intelligentur, graui^smis argumentis confirmantur, verbaque aptissimis explicitur. Quo ia^gene si perfecti eunlerint, tam se veram subtilitatis rationem in philosophando tenere poterunt existimare.

Omnino autem ad veram subtilitatem, de qua iam dudum loquimur, fortasse illud quoque plurimum profuerit, quod ultimo loco quaerendam duximus, si major diligentiorque philosophicae historie usus obtinuerit. Qua de re, egregia, lectuque dignissima est *Facciolati*, *Viri celeberrimi, Oratio, inter Orationes eius, Lipsiae MDCLLI.* ut est in titulo edita, *Quarta*. Ad quam eo libentius L^e. *Doctores nostros dimicamus, quo. certius persuasi sumus,* cum istam philosophiae discenda*e* docendaeque rationem sat certis firmisque rationibus defendisse. Nobis hoc loco sufficit monuisse, ipsum Ciceronem hac ratione, tam in rhetorica, quam philosophica libris, saepissime usum esse, vt Veterum omnium, qui aliquo numero essent, et familiam ducarent, opiniones colligeret, explicaret, et, quid de iis statuendum esset, diceret. Atque hanc adeo rationem, de Inventione II, 2. vehementer commendat, et addit: *si in ceteris quoque studiis a multis eligere homines commodissimus quodque, quam sese nisi aliqui certo vellent adducere, minus in arrogantiis offendebant; non tantopere in vitiis perseverarent;* aliisque. levius ex infirmitate laborarent.

Ceterum, hac ratione veram orationis philosophicas subtilitatem vnic^m ali et acui, dupli^ci intelligitur modo. Primum enim ipsi philosophiae doctores, si ex utilitate difinitionis communis lardem atque lucrum maximum quaerent,

rent, ex ipsis haurire fontibus, eosque adire cogentur, qui singularum opinionum autores, defensores, et propagatores fuerunt. Qua quidem opera, eorum prudentia, et dicensi de rebus philosophicis copia, mirifice augebitur. *Sunt enim illi Veteres, auctore Cicerone de Orat. III, 10,* prope omnes praeclaros locuti. *Quorum sermone assuefacti qui erunt, ne cupientes quidem peterunt loqui nisi pure ac dilucide.* Quin etiam ea res efficiet, ut non necesse sit, iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, nec unquam a commentariolis suis discedere. Qua de consuetudine quoties cogito, non possum quin obscuram eorum diligentiam industriamque oderim, qui ad unius hominis auctoritatem, tanquam ad scopulum vento delati, ita dictatis eius adhaerescunt, ut, si ea innumeris minutis quaestionibus enucleauerint, argumentis compluribus contortis munierint, et privatis publicisque experimentis propugnauerint, se philosophi officio satisfecisse putent.

Deinde vero iuuenes, ingenio et industria insignes, asfidua optimos quoque Scriptores legendi exercitatione continebuntur, adeoque cum iis et loqui, atque subtiliter de quacunque re, quae in disceptationem cadit, dicere et scribere discent. Quamquam enim non negamus, ad hanc philosophiae historicae rationem, maiorem ingenii vim doctrinaeque elegantis apparatus, atque plus temporis et operae, quam ad illam vulgarem requiri: tamen hoc quoque certum, illud historicum philosophandi genus, varietate rerum, facilitateque ac suauitate, ita se commendare, ut vltro liberalem mentem alliciat, et sine ullo fastidio teneat. Quodsi quis contra dicat, nunquam iuuenes ista ratione philosophos esse euasuros, id quidem facile concedam; sed illud quoque credi velim, iuuenes quidem minime decere barbam philosophicam, cognitionem vero philosophiae,

E

quae

quae uniuersitatis antiquitatis recentiorisque actatis studiis doctrinam complectatur, iis, caucunque se studio dederint, maximo et ornamento et adiumento esse. Denique hoc modo etiam illud discidium tolletur, quod Cicerone absurdum, inutile, et reprehendendum rectissime affirmat, ut alii nos sapere, alii dicere doceant.

Agite igitur, qui in hac nostra litterarum Universitate litterarum studia colitis, agnoscite magnificam dicendi et intelligendi societatem, quam, duce natura, veteres recentioresque doctissimi voluerunt esse, et in eo omni studio elaborate, ut rerum diuinarum humanarumque cognitionem cum dicendi scientia diligenter iungatis. Nam ita certissime efficietis, ut summa illam Crassi laudem consequamini, ut de horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de pernugatis nova quaedam sit oratio vestra. Nolite vobis perspiciere, philosophiam, humanaissimam artem, genere dicendi a communi hominum visu abhorrente vti; sed vnam potius eum Cicerone existimare eloquentiam esse, quacunque in oras disputationis regiones sit delata. Mihi nunc sufficit, falsam illam parsuefamque plurimorum, de peculiari philosophorum oratione, opinione indicasse, nec eam modo repudiandam esse, sed etiam quo modo abscauendum esset, ostendisse.

Poteramus enim apud philosophorum, viuentium et mortuorum, qui subtilitas gloriam affectabant, quae in uniuersum dicta a me sunt, compcibare, sed crabrones itare noluimus. Res ipse loquitur.

De subtilitate orationis theologicae forte alio tempore dicimus; nam et hanc, male intellectam, sunt qui iacent, neque satis dici potest, quemque inde religio ipsa, quam docere clare et distincte debebat. theologia, detrimentum capiat.

MENSIS JANUARIUS A. MDCCCLXVI. 35

HISTORIA REFORMATIONIS ECCLESiarum

Rhaeticarum, ex genuinis fontibus, et adhuc maximum partem
unquam impreffis, sine partium studio dedicata, ut extans sym-
bola ad Syntagma Hist. reform. Helveticas queat conseri: uniu-
ersum in lucem edita a PETRO DOMINICO ROSIO

DE PORTA I. C. in Ecl. Scamff. Ministro.

et Finer. Colloqui Sup. Ongadimis

Cancellaria.

Corpus Rhaeticorum, A. 1771. TOM. I. Ap. 4.

pl. 16. in 4.

Librum indicamus, in magno pretio futurum apud oca-
nes historiae recentioris amantes, siue illa varias vices
Ecclesiarum et doctrinæ amplexa, posteris aliquod tempo-
rum documentum proponat; siue Reformationem et viro-
rum doctorum res, non minus utiles scitu et iucundas, ex-
plicet. Neque enim quisquam est, qui, quantum nostra
intersit hanc historiae partem penitus nosse, eruditus igno-
ret; quum reformatio harum Ecclesiarum, ad maiorem
illam et generaliorem plus valuerit, quam quis facile ex-
stimet, nisi earum rerum apprime gnarus. Atqui hie
multa egregie dicta inuenies, cum ad confirmandam om-
nem historiam, tum ad illustrandas virorum doctorum vi-
tas, qui, cum ea tempestate florarent, quae ad magnam illam
sacrorum repugnationem fatalis esset, et maximam re-
bus et ingenuis humanis mutationem afferret, aucte illam
suscipiendo et tuendo, oculum oculos in se conuerterunt.

E 2

Lou-

Longo sermone et copiose praefatus est auctor de iis, qui ante se res Rhaeticas scripsierunt: quorum primum ponit Huldricum Campestrum, e cuius opere, licet nondum vulgata, sua hauserint reliqui oceones, et ipsi multum adhibendus; peragrata tamen simul tota Helvetia, aditisque Bibliothecis et tabulariis, ad materiam operi conquirendam, neque opera plane inutili impensa, licet interdum spea lucis efflu destitueretur. Multum tamen adiutus est decreto Ordinum, quo 1767. in singulis Foederatorum pagis constituti sunt triumviri, tabulis publicis ordinanda. Primum dubitauit, annalesne, an historiam scriberet, tandem ad hanc animum appulit: quae, quia res gestas cum suis causis distinctius tradiceret, legentium utilitati magis inseruaret. Omnia narratio quælibet partibus absoluuntur: prima præmoenia tradit Reformationis progressa usque ad annum 1540; ab altera, quæ inde orfa usque ad annum 1580. pertinet, excepta. In hanc tempestatem cadent Gallicæ et Hispanicæ factiones, quæ sacra et rem Rhaeticas turbarunt, et prope cœterunt, argumentum tortis parti præbituræ: anno 1639. Mediolanum pactis res pacatas et restitutæ sunt, quod otium parte quarta conturbatur. Auctor, partim grauem rerum delectum, summanique adhibendo in indaganda veritate curans, partim in ponderandis horum omnibus ac rebus, singulariter tuendo iudicij moderationem et aequitatem, id videtur consecuta esse, quod paucis contigit, nimis ut dignum habeamus, quæ alii imitandum sibi proponant. Accedit desisque ea formotis eleganter, quæ non nisi ex probatissimis veterum exemplis, affida lectiones, hausta videatur. Libro primo, a duobus capitibus quasi fundamentum reliquæ traditionis iactum est: altero enim de Rhætorum origine, reliquaque Hetruria in Alpes migratione, fatisque ad Sæc. XV. usque, quo ea denuo genæ foederibus inter se coeūt, varia que

quæcum inde fortuna, regimine, et lingua expositis: altero primordia et vices religionis Christianæ, vsque ad Saec. XVI, sacris purgatis illustre, tradita sunt. In Legendis, Lucius quidam Britannus, regali sanguine oriundus, sub ditis fratribus Rhaetorum Apostolus fertur, primusque Curiae Episcopus: quamquam non satis sibi constant in errore, quem ex Bedae Hist. S. I, 4. manasse, nostra aetate compertum habemus; eiusque in diptychis Curianis, nec vola nec velligium deprehenditur, olim iam, ad Vadiz. ni preces, frustra quaesiti: vid. Goldast. Script. rer. Alemann. T. III. p. 154. 155.. Nequo dubium est, quin religio Christiana, cum Christianis demum Imperatoribus in has Alpes penetraverit, quod auctori videtur Constantii temporibus contigisse, orto cum Episcopo cum dioecesi, iisdem limitibus, quibus Rhaetia, sub Constante, prouincia descripta est. Etsi in tabulario Episcopatus, praeter diptycha quaedam, quæ ultra res Saec. VI. non assurgunt, nihil inuenias; tamen illum vetustiorem esse, multis et idoneis argumentis constat. Nam in Concilio Chalcedonensi Antonius Comi Episcopus, Asimonis nomine subscriptis, Episcopi Eccl. Curiensis Rhaetiae primæ. Ecclesia, si qua alia, certe et haec variis superstitionibus turpata est: reis, et in hoc terrarum angulo, clericis inertiae, monachis libidinum. Tertio mox capite, sacrorum purgatorum ex Heuetis allatorum, historia enarratur. Apparet igitur, rem a Zwinglio autore profectam esse, cuius orationes Turici motus deradant: qui inde, ut peragratis reliquis urbibus, in Rhaetos emauerint, facto, tollendis quibusdam erroribus, rerum nouarum initio, tenui illo quidem, nec tamen plane contemnendo, multis enarratum est. Prima purioris doctrinae fax, a Turicensi quodam accensa, in Antonii conuallibus enituit; subsecutis mox et aliis, viri exemplo illectis, gravissimis turbis. De nomine eius valde ambigitur, Sunt

qui Bürclinum vocent, non sit certis indolis. Mariana h. dem inter eius aemulos, Phil. Gallitius adoptus est. Cap. V. de ducibus, doctrina, moliminiis, et exitu infelici Anabaptistarum agitur: hos, primos causam religionis impedientes, secutum Capitulum Curiam, C. VI. quod Illantia a 1526. inepta cum Euangelicis disputatione, fas partes foedauit. Episcopus, nihil eo modestior, reformatibus semper aduersatus est, nullo operae pretio facto; quoniam decreto Ordinum, cuiusvis arbitrio, religionem aut Romanam aut Euangelicam amplectendi, permissum erat. Cui mox aliud additum, ad asserendam Ordinum potestatem in Episcopum et Clerum, quod eo rediit, ut plures ecclesias Euangelica sacra susciperent; quarum omnium facta ordine recentio, earumque, disputatione Bernae 1528. habita, magis auctus est numerus. Episopos, adversariorum successibus invictus, clandestina eos fraude adortus est, quam detectam vlti sunt ciues. Absenti post data venia, et iam redditurus, in obscurae aliquae loco extinctus est, coll. L. M. c. 1. Interim, cum multa inulta essent, quae contra purgatorum sacerorum religionem esse videbantur, e re vitum est, iis in perpetuum onus, concilio quotannis habendo; ut rudes homines, et religionis expertes, quo genero hactenus laboratum erat, a docendis sacris arrecentur. Decreto in eam sententiam 1537. facto, simul iudicis aperitus est litterarius eo loco, quo Dominicani degerant, sacris loco motis. Disceptatum deinde est anno 1537. quod Ulricus Campellus, cum Clericus non esset, Baptismo initierat, an id et foeminis liceret? Septiduo post consonit, Clericorum oratione id esse; sed si qua necessitas ingrat idem viris fas esse, praesertim plenae aetatis, quorum si non copia sit, nihil impedire quo minus et foeminis hoc licet, modo utriusque rite faciane. Partes causam Sulsi discepserunt, quod eius Rhastiae est, quam Oengaddium vocant:

est: quo facto res Evangelicorum maiora incrementa ce-
pit. Hactenus de sacris in Rhaetia cisalpina purgatis: sequun-
tur transalpinae res, quas Autor libro II. exposuit. Praegallia
orsus et Clauennae comitatu, peragrato inde Vekelino agro,
per vicinos Locarenses et Pesclauenses in Rhaetiam redux-
enarravit; percommode lingua coniunctos et **opere iungens**, omnes enim Italica lingua vntuntur. Quare iisdem
magistris sacra edocti, iisdem Pontificum artibus oppugnati
sunt: complures nocti Italos aduenas, siue probos illos ex-
gnauos, seu nullius pretii, nouarum verum autores, nibil
iusti turbas quaerentes.

Qui tractus postquam Rhaetorum factus est, multi
illum eius gentis adierunt, verae religioni dediti: qui, quod
ipsis domi liberum fuisse, nec peregre dissimulabant. In-
de primum illa in eas regiones inuenta, sensim latius man-
uit, usque ad Comensem agrum, et per omne adeo Mediola-
num, donec ad Monachos et eruditos peruenisset, sedulo il-
lam propagantes: idque satis arduum visum est, cup Roma
Quae sitior mitteretur in Veltelinos, qui nihil flagitiis reliqui-
fecit. Hic multa inseruit autor, de scriptis et rebus viro-
rum doctorum, digna quae legantur, quaeque ad Luthe-
rum, Bucerum, et alios pertinent. Adiecit et lepidam
apparitionem b. Virginis, quam contra aemulos adornarant
Catholici, foedo euentu; nec non alia quaedam eiusdem
farinae, quorum Vergerius autor est in opusculis. Mul-
ti homines et eruditi Italia pulsi ob religionem, ad Rhae-
tos venerunt, libere eam professuri: pari modo, si Catholi-
corum sententia standum fuisse, et hinc efficiendi, quod ta-
men euentus destituit. Idem varios errores inuixerunt,
maxime Photinianos, quibus summo studio fautores de ple-
be conciliarunt. Inter eos Franciscus Calaber, Hieronymus
Mediolanensis, et Titianus, maxime insignes fuerunt. Indo-
discordiae natae in Clero et reliquis, et res Susae ad dico-
tio-

tionem partium rediit, vbi Franciscus et Titianus causa vi-
eti, cum multis aliis solum verterunt. Horum aliquis fuit
Camillo Renatus Siculus: is peior reliquis, maiorem no-
xam dedit, quod hominibus sensim nec opinantibus vene-
na instillaret. In Rhaetos venit eodem tempore, quo Coe-
lius Curio Pedemontii e vinculis evasit, eodem petens,
Theologosque mire vexauit. Totum Caput quartum in
eius Historiam infundit est, eruditum et locu dignum,
quod ex optimis monumentis, et partim ineditis, sumtum;
huic recte Cap. XIV. et XIX. iungi potest de eius aseclis,
eorumque motibus. Eiusdem pretii sunt quae de Verge-
rio tradita sunt Cap. V. Is ex Italia in Rhaetos profugit, et
quod aliquamdiu apud Wurtembergenses virit, Lucheti sen-
tentiam de sacra coena amplexus est, Veltelinis eam inuito
Clere commendaturus, ideoque reliquis notior factus.
Eos, eos discessisset, aliquando repetituros erat, nisi ob in-
fidias, quas ab infesto sibi Catholico in itinere parati audie-
rat, cunctantem mors oppressisset. Cap. VI. exposita
sunt quae ad Rhæticarum ecclesiistarum de Sacramentis con-
tentio[n]em pertinent, plerumque omnia ab harum rerum
scriptoribus, ideoque grata legentibus, et maxime quod
ex certis monumentis petita sunt. Cum ex his, quae su-
pra de Camillo, Francisco, et Hieronymo tradita sunt, facile
apparet, Rhæti nouarum opinionum non sterilem fuisse:
causas autor, in rei fontes inquirens, has prodidit, Magistros
tum perbenignos fuisse, et quemlibet adueniam, si sacras
litteras sequi le professus esset, lubenter suscepisse: simul illo-
rem tantam paucitatem fuisse, ut non difficile fuerit rudibus
eorum patres inuadere. Ea enim tempestate, valde rudes,
dummodo clamosi, sacra docuisse: his multos fuisse, quod
neque Apostoli litteras didicissent; tandem, cum suo dan-
no saperent ciues, formula fidei condita est, cui, qui do-
cturi essent, subscriberent; nequitam Vergerio aliisque
Ita-

Italis obnitenib[us]. Concepit Phil. Galitius 1552. cui publice commissum erat: quae, postquam eam Turicenses Theologi consulti probassent, obtinuit ad nostra usque tempora, hoc libro primum vulganda. Similis et Helvetiae (vid. C. XVI.) constitit autoritas. Vergerius, caeterique Itali, quod recusarant tandem fecerunt, formulaeque subscriptserunt: pauca tamen arbitrio suo seruarunt. Omissis quibusdam capitibus, quibus persecutio[n]es enarrantur Euangelicorum, siue in Rhaetis ortae Romanis, cum Pontifice aut Imperatore, mouentibus; siue in Gallia et Pedemontio, Rhaetis intercedentibus: ea tradimus, quae Cap. XIII. de Tridentino concilio leguntur, cui omni vi obnisi sunt ciues, annis Saec XVI, 45. 51. 61. Curianus Episcopus ne interesset; frustra illo, et Papa, missio nuncio, contra tendentibus. Cap. XVIII. de vi agitur, quae publice facta est Euangelicis in ea Rhaetia, quae Italiam spectat, auctore Carolo Borromaeo, nouo Mediolanensi Archiepiscopo, tam foedo molimine, ut, quos in viis publicis deprehenderent Catholici, commerciorum causa peregrinantes, eos adorti male multarent, et omni merce spoliarent. Et missi clam Monachi, exploratores et proditores aduersariorum, qui nuncios mitterent quae[st]eribus haereticis impietatis. Eadem fraude Franc. Cellarius, qui Euangelica sacra docuit, e via, proxime Clauennam, Mediolanum raptus est, posteaque Romanum deductus: ubi non statim, ut tum fama erat, sed aliquanto serius oppressus est, insignes motus daturus, quos hic omnes luculenter descriptos inuenias. Nec pauca de Zanchio differuit autor Cap. XVI, XIX. qui Argentorato Clauennam vocatus, tam erudeliter a collegis vexatus est, ut missus Plurium se conferret: multos ibi naestus, cum constantissimos amicos, tum graues iniuriosos Arianos, Camilli scholam, qui eum clandestina fraude petiorunt, praec caeteris Hier. Turrianus. Postea Hei-

delbergam negligit; nec tamen amorem et curam rei Rhaeticae deposituit. Hic et mentio iniecta est Mini Celsi Senensis, de quo Schelhornius: cuius scripto hic multum lucis affertur. Is cum Barthol. Sylvius scripsit „de Haereticis non capitali suppicio afficiendis“ contra decretum Synodi 1570. quae tecdis Arianis opposita est, nouas paulo ante in Rhaetiam aduenas, propter sacra ex Italia pulsas; ut Italies suis consularet, haereses suspectis aut insimulatis, quorum non exiguis numeris fuit. Addubitatum est quondam: an verum illud nomen esset, et annon illo, commentatio, Socinus vel Castellis horumibus impofuissent; at Schelhornius peculiari libello euicit esse genuinum. Marcellus Squarcialupus, etuditis non ignotus, itera contra illud decretam libellum edidit, ut de Perta docuit: quod tamen non tam rigide seruatum est, ut multis periculoso effet. Motus inde orti occasionem dederunt Iosiae Simlero, excerpta ex Patribus edendi 1571. de una persona et duabus personis in Christo. Cap. XX. turbas continet quas Anabaptistae dederunt 1571. simul res Ioh. Gantueri illustrat, fautoris olim Tardii et Frelli, qui ob Anabaptistum exularunt, e certis et nondum editis monumentis. Praetermissis capitibus, quae sequuntur, duobus, quibus res inquietae Rhaetorum narrantur, nobis superuscaneae: de Cap. XXII. pauca dicemus, contentiores de prouidentia et praedestinatione complexo, utriusque Hottingero vix paucis attingendas. Ortae illae sunt 1576. a Stephano Dominico, sacerorum ministro, qui in publico concilio accusatus, quod diuise ab ecclesia de Electione et Reprobatione diuina sentiret, pene Libertinus; (is tum fuit, qui in loco de prouidentia, Deum perinde boni ac mali autorem perhiberet. Camilli propago, non infrequens in Rhaetis:) cognita causa absolutam praedestinationem credere vifus est. Campello, hanc sententiam libro impugnanti, eius pars prior de prouidentia, altera

terā de praedestinatione ageret, publice probando, eiusque
parte in singulis conuentibus saecis, praesentibus aliquot
ministris sacrorū, finito sermone praelegenda; aduersarius
est Dominicus, diuterna lite, neque efficaci: ipse postea,
cuius priori parti subscripterat, librum praelegens, neque
vnquam editum, nec nostra iam aetate superlitem, certe
Portae, sagacissimo viro, neq; iauentum.

TRANSSILVANIA, SIVE MAGNVS TRANSSIL-
vaniae Principatus, olim Dacia mediterranea dictus, orbi non-
dum satis cognitus, nunc multifariam, ut fridim, illustratus:
Auctore JOSEPHO BENKÖ, Transsilvano Siculo, Pro-
cho Kijzep-Aitenfi, et Notario Venerabilis Dioceſeoſ Erdö-
videkenſis, Helueticas Confessioni additiorum Ordinario. PARS
PRIOR five GENERALIS
TOM. I. II.

Vindobonae, typis Iosephi Nob. de Kurtzboek Cael. Reg.
Aulae Illyr. Typographi et Bibliopolae MDCCLXXVIII.
ectonia.

Fuere et olim complures, nique non prorsus obſcuro no-
mine, qui ad magni huius Principatus historiam com-
podendam certam prouolarent; illustrium tamen facto-
rum copia, atque adeo memorabilium monumentorum pu-
blicorum numero inferiores, longissimo interuallo post se
reli-

delbergam migravit; nec tamen amorem et curam rei Rhaetiae depositit. Hic et mentio iniecta est Mini Celsi Senensis, de quo Schelhornius: cuius scripto hic maxime lucis affertur. Is cura Barthol. Sylvius scripsit „de Haereticis non capitali suppicio afficiendis“ contra decretum Synodi 1570. quae ecclesie Arianis opposita est, nouus paulo ante in Rhaetiam aduena, propter sacra ex Italia pulsus; ut Italorum suis consuleret, haereseos suspectis aut insimulatis, quorum non exiguis numerus fuit. Addubitatum est quondam, an verum illud nomen esset, et annon illo, commentis, Socinus vel Castellio hominibus impofuerint; at Schelhornius peculiari libello euicit esse genuinum. Marcellus Squarcialupus, eruditus non ignotus, item contra illud decretum libellum edidit, ut de Perta docuit: quod tamen non tam rigide seruatum est, ut multis pericolosum esset. Motus inde orti occasionem dederunt Iosiae Simlero, excerpta ex Patribus edendi 1571, de una persona et duabus personis in Christo. Cap. XX. turbas continet quas Anabaptistae dederunt 1571. simul res Ioh. Gantueri illustrat, sauteris olim Tardii et Frelli, qui eis Anabaptismum exularunt, e certis et nondum editis monumentis. Praetermissis capitibus, quae sequuntur, duobus, quibus res inquietae Rhaetorum narrantur, nobis superuacaneae: de Cap. XXII. pauca dicemus, contentiores de prouidentia et praedestinatione complexo, utriusque Hottingero vix paucis attingendas. Ortae illae sunt 1576. a Stephano Dominico, sacerorum ministro, qui in publico concilio accusatus, quod diuerte ab ecclesia de Electione et Reprobatione diuina sentiret, patre Libertinus; (is tum fuit, qui in loco de prouidentia, Deum perinde boni ac mali auctorē perhiberet, Camilli propago, non infrequens in Rhaetia:) cognita causa absolutam praedestinationem credere visus est. Campello, habet sententiam libro impugnanti, cuius pars prior de prouidentia, altera

tera de praedestinatione ageret, publice probando, eiusque parte in singulis conuentibus saeculis, praesentibus aliquot ministris sacrorum, finito sermone praelegenda; aduersatus est Dominicus, diuturna lito, neque efficaci: ipse postea, cuius priori parti subscriperat, librum praelegens, neque unquam editum, nec nostra iam aetate superstitem, certe Portae, sagacissimo viro, neq; iauentum.

TRANSILVANIA, SIVE MAGNVS TRANSIL-
vaniae Principatus, olim Dacia mediterranea dictus, orbi non-
dum satis cognitus, nunc multifariam, ut strictim, illustratus:
Auctore JOSEPHO BENKÖ, Transilvano Siculo, Pro-
cho Kijzep-Aitenfi, et Notario Venerabilis Dioceſeoſ Erdö-
videkenſis, Helueticas Confessioni additorum Ordinario. **PARS**

PRIOR fuit GENERALIS

TOM. I. II.

Vindobonae, typis Iosephi Nob. de Kurtzboek Cael. Reg.
Aulae Illyr. Typographi et Bibliopolae MDCCLXXVIII.
octonia.

Fuere et olim complures, siue non proſus obſcuro no-
mine, qui ad magni huius Principatus historiam com-
ponentiam certam prouolarent; illustrium tamen facto-
rum copia, atque adeo memorabilium monumentorum pu-
blicorum numero inferiores, longissimo interuallo post se
reli-

reliquit laboriosissimus et accuratissimus Historiographus, Iosephus Benkö, qui Patriae suae historiem non tam conscriptisse, quam excitatissima videtur, in qua vix est quod rerum historicarum amantes, praeter dictio[n]is puritatem, desiderent, cuius defectum his verbis excusat: si qui tamen Stili, ut reliqua taceam, inaequalitatem, pro more huius Se-ecali, vicio nolli vertant, scias, mea simplicitate et fide compensare eam voluisse, ideoque non praeceauisse, ut scriptorum, quos sequuntur sum, verba immutata plerumque scripto meo intertexerem. Hinc factum est, ut vocabula auream argenteamque acetater minime redolentia saepe admisserim, et cacographiam retinuerim: cum ex aduerso toties scriptores in rebus ipsis vitiis traditis correxerim, et et ego ipse a sinceris viris, vbi aberrauerim, tuto corrigendus. Probe noui, nonnen Alpes in plurali tantum numero usum habere, arripuit tamen a nonnullis scriptoribus voces Alpis, Alpi, que intelligentius, non plures, sed singularem montem alpinam designarem. Scio plebeios, non plebeos esse scribendum: vbi talien de Siculis egi, plebeios passim, communis ex usu, atque publicis, scripti. Sed haec et reliqua, soli forte Grammatici, nimiumque critici, non condonabant, si perpendant, non tam stilo, quam veritati me studuisse. Vocabula quaedam patria, ut: Haritska, Török-barza, non consuetis apud nos nominibus expressi, sed nomina, quae dedi, hodiernis Europae eruditis luna familiaria, reliqua.

Totius autem Operis quinque tomorum duas constituit auctor partes, quarum prior duobus, posterior autem tribus tomis, diversa est. Atque in illa agitur de diuersis Transsiluaniae denominationibus, de notitia eius mathematica et physica, quo etiam refertur historia regni lapidum, vegetabilium, atque animalium. Tum de Imperantibus Transsiluaniae, primis nimirum Dueibus, de regibus Hun-

g-

gariae, de Vaivodis, de Patriae Principibus, et de haereditatis Principibus Austriacis. Porro de Imperantibus successione, iuribus, prouentibus, et expensis, de subditis; quo loco etiam historiam tradie nationum toleratarum, tandemque ultimo primi tomis capite nobilium et ignobilium iura, strictim, perspicue tamen, explicantur.

Hinc auctor clarissimus ad enarrandas res status politici, ecclesiastici, atque militaris progreditur, certa ab incertis, a veris falsa, vbiuis sollicite separans, citatis etiam ratiobus nec obuiis fidei historicae documentis; et credimus non ingratam lectoribus nos facturos rem, si vel unicum extanta copia specimen dederimus.

De Episcopatu igitur Milkouensi haec habet: „quando vero, et per quos ea fuerit euersa, (sedes Episcopi Milkoviensis,) a scriptoribus, quorum lucubrationes adhuc lucem viderunt, discere nequimus. Ex monumentis proinde in seriniis secretioribus latentibus, summa rei petenda. Nos in hoc argumentum abstrusissimum instrumenta multis curis obtinuimus, paucis lecta, eaque Parti II. vbi de Episcopatu Albensi sermo erit, inferenda. Hie loci sufficiat unum adduxisse Breue Apostolicum, quod ad verbum in apographo est:

„Dilectis filiis, Cibiniensis, Brassouiensis, de Kyzd et „Kozd, Dioceſeoſ Milkouensiſ Decanis, et Capituſis,
 „Plebanis, Clero, et populo eiusdem Dioceſeoſ, ac Vasallis
 „ſubditisque Eccleſiae Milkoviensiſ, Leo Papa X. Dilecti
 „filii, ſalutem et Apoſtolicam benedictionem! Dudum felicis recordationis Iulius Papa II. Praedecessor noster, adtentus, quod Eccleſia Milkouensiſ, eiusque ciuitas, ab infidelibus et schismaticis, atque Christi nomini inimicis, per 40. annos: ac vitra occupata, et illino fruſtus, reditus, et proficiens tenues, et exiles, ac in Dioceſe Milkouensiſ, Cibiniensiſ, et Brassouensiſ Eccleſiarum Decanatus, et

„ nonnullae Parochiales ac aliae Ecclesiae Christi fidem co-
 „ lentes et obseruantes existerent, et a tempore occupatio-
 „ nis huiusmodi, dictarum Cibiniensis et Brassouensis eccl-
 „ esiarum Decani, qui pro tempore fuerant, dilectum filium
 „ nostrum Thomam, tit. Sanct. Martini in montibus Pres-
 „ byterum Cardinalem, qui et Ecclesiae Strigoniensis, ex con-
 „ cessione et dispensatione apostolica praecesse dignoscitur,
 „ et pro tempore existentem Archiepiscopum Strigoniensem,
 „ sub cuius cura et gubernatione fuerant; et existebant, in
 „ Superiorum recognouissent, et recognoscerent, ac cupiens
 „ Milkov. et Strigon. utilitati, et animarum Christi fidelium,
 „ Cibiniensis et Brassouensis, ac Parochialium Ecclesi-
 „ arum huiusmodi saluti consulere. Ecclesiam ipsam Milko-
 „ viensem tunc certo modo vacantem, eidem Ecclesiae Stri-
 „ goniensi, donee Ecclesia Milkouiensis, et illius ciuitas hu-
 „ jusmodi, ab eisdem infidelibus et Schismaticis recuperata,
 „ ac in pristinum et eum statum, in quo ante occupationem
 „ huiusmodi existebant, restituatur, de Fratribus soorum,
 „ de quorum numero tuic eramus, consilio, auctoritate
 „ Apostolica viauit, annexuit, et incorporauit, prout in
 „ litteris ipsius Praedecessoris desuper confessis, (quarum
 „ tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur praefati-
 „ bus, habere volumus pro expressis,) plenius continentur.
 „ Nos igitur eundem Thomam Cardinalem, suis exigenti-
 „ bus, meritis, paterna benevolencia prosequentes, ac cupi-
 „ entes, ut Ecclesia ipsa Milkouiansis, et aliae Ecclesiae praec-
 „ dicatae, sub eius regimine felicia in spiritualibus et tem-
 „ poralibus capiant incrementa, Discretioni Vestrae per
 „ praesentes mandamus, quatenus Ves Deccani, et Capi-
 „ tula, eidem Thotnae Cardinali, tanquam Patri et Pastori
 „ animarum Vestrarum, humiliter intendentem, et exhibe-
 „ bentes sibi obedientiam, et reverentiam, debitas et deuo-
 „ das; et Ves Cleas cum benigno recipiente, et honorifice
 „ per-

„pertractantes, eius salubria monita, et mandata suscipi-
 „tis, humiliter et efficaciter adimplere curetis Vos vero
 „Populus, tanquam Patrem et Pastorem animarum vestra-
 „rum devote suscipientes, et debita honorificentia profe-
 „quentes, eius monitis et mandatis salubribus humiliter in-
 „tendatis, ita, quod ipse Thomas Cardinalis in Vobis de-
 „uotionis filios, et Vos in eō per consequens Patrem bene-
 „uolum inuenisse gaudeatis; nec non Vos Vasalli et subditi,
 „cum debito honore prosequentes, sibi fidelitatem solitare,
 „ac consueta seruitia, et iura sibi a Vobis debita, integra-
 „exhibere et soluere cum effectu curetis; alioquin senten-
 „tiā siue poenam, quam dictus Thomas Cardinalis rite
 „tulerit, siue statuerit in rebelles, ratam habebimus, et fa-
 „ciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condi-
 „gnam iniuiolabiliter obseruari. Datum Romae apud S. Pe-
 „trum, sub annulo Piscatoris, Die 2da Sept. 1513. Pontifi-
 „catus nostri Anno primo. “

Petrus Bembus Cardinalis.

Vastatio et occupatio Milkouiac, quae secundum lite-
 ras Papales in annum 1441, incidit, ex auctoris sententia
 non diuersa esse videtur ab ea, quae facta fuit per Turcas
 Tatarosque iussu Amuratis, esque, quos pontifex maximus
 per Christi nominis inimicos intellekerit, infideles vero et
 schismaticos dictos esse partim graeci ritus homines, par-
 tim Hussitas, exules Hungaros, Saxonesque exactos ex Hun-
 garia et Transsiluania Sigismundo regnante. Occupata ve-
 ro hostiliter Milkouiensis Episcopi sede, imperfectus fuerit
 Episcopus, an contra fuga in Transsiluaniam se receperit,
 non constare; certum tamen esse, iura Episcopalia in Trans-
 siluaniam translata fuisse; cuius rei veritas ostenditur ex au-
 tore Gestorum S. Nicetae p. 71. vbi haec habentur: tan-
 dem iura Episcopatus Milkouiensis translata sunt ad Praepo-
 situm Cibiniensem, interposita tum Romani Pontificis, tum

Vn.

Vngariae regis auctoritate, ne Albensis Episcopus promen-
tas Milkouienes praetenderet (ex M. S.). Habentur acta
in arca capituli Cibinienis, testante Georg. Hauero in opus-
de Ecclesiis transsiluanicis, pag. 115.

Vehementer optamus, ut sine offensa, Auctor Vir-
doctiss. perget, patriae suae notitiam, qua coepit dexteritate,
fide, atque sollicita diligentia, prodere, atque adeo rei
litterariae, historicae potissimum, vires ingenii consecrare.
Nos merita eius posteritati commendare non intermitte-
mus.



NOVA ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsiae

Calendis Februarii Anno MDCCCLXXVI.

ROBERTI SIMSON, M. D. MATHESEOS NV-
per in Academia Glasguensi Professoris, opera quaedam reliqua,
scilicet: I. APOLLONII PERGAEI, de sectione deter-
minata Libri II. restituti, duobus insuper Libris aucti. II.
PORISMATVM LIBER, quo Doctrinam hanc veterum
geometrarum ab obliuione vindicare, et ad captum hodiernorum
scholarium constitutum est. III. DE LOGARITHMIS
liber. IV. DE LIMITIBVS QVANTITATIVM ET
RATIONVM, fragmentum. V. APPENDIX, pauca
continens problemata ad illustrandam praecipue veterum geome-
trorum analysin: nuda priuata, post auctoris mortem, in lucem

G

edita,

*edita, Impensis quidem PHILIPPI COMITIS STAN-HOPE, cura vero IACOBI CLOW, in eadem Academia philosophiae Professoris, cui auctor omnia sua manuscripta testamento legaverat. Gratum, ut sp. atur, geometris manus-
futurum, nec scriptoris, iam clarissimi,
famae offeturum.*

Glasguae in aedibus academicis, excudebant Robertus et Andreas Foulis, acad. Typographi, MDCCLXXVI, quaternia, charta et typis nitidissimis.

Vix fieri potest, quin, post sursumam curam adhibitam, in opere tam longo et difficulti, plurimi restent adhuc errores. Panendum praeterea, quod in figuris ornatio de- est elegans. Hoc artifici minus perito vitio vertendum, cui Typographus operam eas incidendi ligno commiserat. Si vero nihil occurrat, quod Geometris morain longiorēm af- ferre possit, his ut ignoscant, rogantur letores. Proles haec est postuma, quae prae mature patentis clarissimi officiis orbata, indulgentiam requirit. Imperfectiones ab eo reliqui erant libri de Logarithmis et de Linituribus quantitu- tum et rationum. Hos recensuit, emendauit, et in iis de- fectus quosdam suppleuit, *Gulielmus Traill*, L. L. D. Ma- theseos in Abredonensi Academia Professor, nunc in Eccle- sia Cathedrali de Connor Praebendarius. Idem, proble- mata in Appendice, e complurimis, quae in Auctoris manu- scriptis reperiuntur, selegit, et in tribus hisce partibus laborem corrigendi sphalmatos in se beneuole suscepit. Ille quidem amicitiae memor, qua celeberrimus Auctor iam senex se, iuuenem adhuc, complexus est, hanc omnem

cu-

curam ad scripta eius perficienda perlungenter adhibuit.
 Iam de opere ipso. Tota, quae nobis superest notitia librorum, quos de sectione determinata scripsit magnus Geometra, *Apollonius Pergaeus*, soli Pappo Alexandrine debetur, qui omnes, quae in hisce libris continebantur propositiones, vna generali enunciatione inclusit. Plures etiam propositiones sub Lemmatum nomine tradit Pappus, quarum maximam partem, cum ex ipsius Apollonii libris dedisse minime dubitandum est; multae enim eorum vera sunt Lemmata, quibus saepius in suis demonstrationibus uti Apollonio necessarium fuit, ut ex ipsis de sectione determinata libris perspicue apparebit; et quidem praecipuae et difficiliores sunt partes demonstrationum eorum propositionum, quibus inferunt, quibusque propterea nullus sine demonstratione vteretur. Praeterea Pappus in librorum de sectione determinata descriptione refert, Apollonium primo propositiones suas demonstrasse communī methodo, ac solis rectis lineis usum fuisse; rursus easdem ostendisse ingeniose, et magis ad institutionem accommodate, per semicirculos; vtraque autem hac via plura ex iis, quae seruauit Pappus, Lemmata demonstrata sunt, quae quidem ipsius esse Apollonii, eumque eadem propositionibus suis praemissis, atque ex Apollonii libris Pappum ea collegisse, perspicuum est. Quae vero habentur in propositionibus 61. 62. 64. lib. 7. Pappi, secundum Commandini numerationem, non sunt lem mata, sed propositiones eximiae, quibus determinationes tres in libro secundo sectionis determinatae ostenduntur, quarum demonstrationes Apollonium non dedisse minime existimandum est. Hosce Apollonii libros conatus est Willebrordus Snellius restituere in Apollonio suo Batavo, quem Lugd. Bat. anno 1603. edidit, in quo multa quidem magnifice de se iactat, nihil autem praestitit quod immodicae sui ipsius laudationi conueniret. Minime enim Apollonii propositum in hisce libris asseditus est,

nam in quatuor tantum problemata materiam hanc partitus est, quam in nouem Apollonius distribuerat; et quamvis problemata in varios casus dividat, unam tantum demonstrationem in unoquoque problemate adducit. Neque eundem cum Apollonio Epitigratum numerum habet; nec mirum, cum non intellexerit quid sint epitigrata, quae quidem variae sunt dispositiones quas habere requirunt punctum inueniendum ratione punctorum datorum; et scilicet ut cada inter duo quacum ex punctis datis, vel extra omnia ad has vel illas eorum partes; unde et nomen ~~discrepans tempus~~, Sectionis determinatae, hisce libris indistinctum est, propter situm scilicet determinatum, sive definitum, quem habere debet punctum quo recta proposita secunda est, et propter situm determinatum punctorum, inter quae et punctum inveniendum iacere debent latera rectangularium et quadrati, spatiorum scilicet, quae inter se determinari requiruntur habere rationem; non, ut incepto putat Snellius, ex eo quod libri hi problemata quaedam continentur, quae determinationes habent, quod propterea vocat adjunctionem levissimum, ex quo scilicet sonniat Apollonium nomen libris suis dedisse. Snellius vero diuersa facit epitigrata casus quosdam in quibus unus idemque est situs puncti inueniendi, ut in secundo et tertio epitigrate primae classis problematis sui quarti, aliquisque. Praeterea, quod maioris est momenti, nullius problematis in hisce libris analysis tradit, unde et suas ipsorum determinationes assunxit, non ex solutione problematum deducit. Duas quidem Apollonii, quas in enuntiatione propp. 61. et 64. Lib. 7. Pappi inuenierat, suo modo ostendit, sine ullo tamen nexus cum problematibus, quorum sunt determinationes. Asserit quidem, „se potuisse eas tribus fere verbis ex suis locis deriuasse, placuisse tamen ei hunc modum, quia ita ab Apollonio usurpatas hanc determinations, non obscuris indicibus coniiciebat.“ Snelli autem conjectura sine omnifun-

fundamento est, nullus enim est geometra, qui determinations suas non deducat ex locis suis, hoc est ex solutione problematum; et Apollonium hoc semper fecisse ex libris eius de sectione rationis perspicuum est. Determinationis autem Apollonii, quam in enuntiatione Prop. 62. Lib. 7. Pappus tradit, Snellius nullam facit mentionem, sed vice eius aliam sine demonstratione adducit in epitagmate suo octavo tertiae classis Prob. quarti. Eum autem in Apollonii demonstrationes non incidisse certum est, etenim ne uno ex Lemmatibus Apollonianis viritur. Dicit quidem, „quia circulorum rotundationes concinnitatis nescio quid rotunditatisque Pappo habere visae sunt, nobis quoque modus iste perplacuit; ac quanvis vitroque modo proposita problemata explicassimus, hunc solum altero repudia- to retinuimus.“ Quibus verbis intelligere nos volebat Snellius, se viam Apollonianam soluendi haec problemata per semicirculos, a Pappo laudatam, sequutum fuisse; sed in hac re omnino deceptus est, circuli enim a Snellio adhibentur tantum ut contruat simplices casus Prop. 28. et 29. Lib. 6. Elem. Euclidis, quibus scilicet requiritur ad datam rectam lineam applicare rectangleum dato spatio aequaliter deficiens, aut excedens quadrato. De hisce autem construendis nunquam cogitauit Apollonius, sed tanquam ex elementis notas constructiones has ubique assumfir, ut manifestum est in multis locis librorum eius de sectione rationis. Hae autem Snelli constructiones praedictorum casuum elegantes quidem sunt, et eae ipsae, quas postea tradidit clariss. Halleius in Scholio ad Prop. 18. Lib. 8. Sectionum Conicarum Apollonii, ab ipso restituti, quem, verisimile est, eas a Snellio prius usurpatas fuisse, non cognouisse. Nullo autem modo inferuiunt solutioni problematum de sectione determinata ultra constructionem praedictorum casuum. Denique omnia, quae a Snellio in hoc libro traduntur, adeo affectata breuitate, et obscuritate maxime labo-

rant, ut nullius sint usus in problemate quoconque soluendo, quod ad sectionem determinatam deductum fuerit. Semicirculi autem, de quibus loquitur Pappus in Praefatione sua ad Lib. 7. Collectionis Mathematicae, ii sunt, quorum ope Apollonius demonstrat lemmata quae seruavit Pappus, postquam solis rectis lineis eadem communi methodo ostendisset. Pappum autem sine ratione reprehendit Snellius, quod hos de sectione determinata libros iis de sectione rationis et spatii non praemiserit; problemata enim de Sectione determinata quintum praesertim et sextum Lib. 1. et ea Lib. 2. illis de sectione rationis et spatii difficultiora sunt.

Post Snelliū Alexander Andersonus, Abredonensis, problemata primi libri Apollonii, vnumque secundi, suo modo soluit inter problemata quae subnexuit supplemento Apollonii rediuiui, Parisis anno 1612. edito. Construnctiones quas tradit Cas. 2. et 3. problematis sui noni bonae sunt, similemque ipsis tertiam tradit Rogerius Ventemiglia in pag. 256. Analyseos Geometricae Hugonis de Omerique, aliasque duas ipse Hugo in pagg. 260. 263. eiusdem libri. Has, ut et similes reliquorum epitagmatum Prob. 5. et 6. Lib. 1. Apollonii dedimus in eorum demonstracionibus secundis.

Cum igitur libri de sectione determinata non nisi obscure et imperfecte hactenus habeantur, e re geometriae visum est eos plenius, et magis distincte tradere. Multa enim problemata, ad ea quae in hisce libris tractantur deducuntur. Eos igitur multis abhinc annis restituere agressus, statim percepi, non tam difficile fore problemata haec quodammodo soluta dare, quam eorum epitagmata et determinationes rite distinguere, et exhibere congruenter numero et ordini, secundum quem Pappus eadem distribuit; maxime autem difficultatis rem esse in viam Apollonianam incidere, hoc est quae ipsius lemmatis indiget, et ad eius.

ciodens determinationes ducet. Et quidem potest dicere, quoties irrito coquamine haec inuenire aggressus sum, quo-
tesque re desperata ab incœpto destitui. Tandem, anno
scilicet 1727. solutionem problematis 5. et 6. Lib. 1. ope-
lemmatum Pappi noctis, problemata libri secundi ten-
bam; sed hic iterum mihi haerebat aqua, nouis subortis
difficultatibus, quas tamen pertinax vicit labor. Atque
hoc modo ex Pappi generali propositione, et lemmatibus ab
eo seruatis, Apollonii libri multa inuestigatione feliciter, vt
geometris apparitum speramus, in lucem produci sunt, et
ita restitutæ, vt ab ipsis Apollonii libris paululum aut nihil
differre facile agnoscant ii, qui propositiones ipsas et lemma-
ta, quibus indigent, vt et epitagmata et determinationum
numerum et ordinem a Pappo indicatum, inter se compara-
uerint. Hanc autem restitutionem inuenire satis difficile
suffisse ipsa experientur, ni fallimur, qui eam tentaverint via
Apollonianâ, priusquam problema 5. et 6. Lib. 1. et ea libri
2. quae in sequentibus exhibentur, inspexerint. Obseruan-
dum vero est, pleraque lemmata in problema 5. et 6.
(nam nulla sunt in praecedentia problemata,) tres aut qua-
tuor habere demonstrationes in Graecis codicibus, et apud
Commandinum, tanquam diuersa essent lemmata, vt in nu-
meris, margini dextro in hac editione appositis, videri pot-
est. In hac etiam propositiones eodem ordine numerantur,
quo apud Commandinum in versione sua latina Pappi Ale-
xandrini; propositio scilicet, 22. Lib. 7. Pappi, hic facta
est prima, earum scilicet quae ad sectionem determinatam
spectant, vt reuera est, et ita deinceps, nisi ubi aliqua loco
suo exciderat, vt Prop. 28. et Prop. 63. quae locis propri-
is repositae sunt. Propositiones etiam 37. 38. 39. 40.
quae in Graecis codicibus, et apud Commandinum, inter
lemmata in Lib. 1. numerantur, reuera sunt lem-
mata in Lib. 2. sicutem multis et variis inuestigationibus
indicatis, minime inuenire potui eas alicui epitagmata
Prob. 5. vel 6. utiles esse. Determinationes vero in libro

sc.

secundo hisce propositionibus igitur; problemata dicuntur, quarum sunt determinaciones, duplci via solvi possunt, quarum alterotrum si iniunxeris, propositiones praedictae omnino necessariae sunt ad deducendam ex determinatione, ad quam hac via peruenientia est, alteram, ad quam secunda via directe duxisset. Nam ex una tantum harum determinacionum Apollonius ultimam suam deducit. Veteres enim duabus determinationibus vtebantur, quarum altera ex altera sequitur, et quarum prima constructioni problematis necessaria est, quae propterea compositioni semper praemittitur; altera vero, quae compositionem sequitur, inferuit, ex iis quae data sunt in problemate statim dignoscere utrum construi possit vel non possit: quod quidem ex prima determinatione, vel duabus primis, si duas sint, ut in problematibus Lib. 2. quae determinationes habent, cognosci non potest; priusquam ad illam ultimam deductam fuerit prima, aut alterutra ex primis, si duas fuerint. In problematibus simplicioribus haec, prima scilicet et ultima, in multis determinationem saepius coalescunt. Haec autem tuta in Apollonii libris de sectione rationis, tum in hisce saecile est obseruare, et exemplo in epitagmate 3. Prob. 3. Lib. 2. explicabuntur.

Quae autem de sectione determinata seruauit Pappus; in Graeco codice, quo vtebatur Cominandinus, multum mutilata et depravata habentur, ut ex omnia reliqua Pappi; in omnibus ut videtur codicibus, quos certissimum est a bibliariis Geometriae prorsus ignaris descriptos fuisse. Multum igitur debet Geometria viro optimo, Federico Cominandino, qui, cum literas Graecas et Geometriam simul pulchre calleret, magno iudicio, maximaque diligentia, inter alia multa, lemmata haec Pappi a multis purgavit erroribus, et propterea magno nos levauit onere. Non autem omnia, praefertim Prop. 62, Lib. 7. redintegrare potuit; haec

hacten enim, in Notis alphabeticis quae schema spectant, adeo sit corrupta, ut demonstracionem minime restituere valeret; nam notae prolixae, quas ei subinxit, eam nullo modo attingunt. Denique cum libri de sectione determinata non infinitum locum terqueant inter eos, quos ad analysin promouendam scriperunt veteres Geometrae, nullus problematum alicuius momenti casus omissus est, nullaque determinatio, sine quibus huius generis libri vix utilius fuit pretium. Exinde autem demonstrationes longiores evaserunt; et Pappus quidem memorat, tales fuisse ipsius Apollonii, propter scilicet determinationes intricatas et difficiles, quas quidem ita esse ex ipsis libris fatis superque patebit. Eos autem hoc modo restitutos, Geometriae Veterum cupidis neque iniucuados, neque inutiles futuros, quam maxime optamus.

In Transactionibus Philosophicis, anno — No. — pag. — videmus, viam lemnatum Pappi in solutione problematum sectionis determinatae innocentissimo viro doctissimo Henrico Pemberton, M. D. quod ostendit exemplo uno ex libro primo, et altero ex libro secundo sectionis determinatae; in hoc autem ultimo non tradit Apollonii determinationem, verum aliam, ex qua quidem non immediate cognoscitur, num problema fieri aut non fieri possit.

Sed plura hic addere de incomparabili libro non est necessarium; id tamen praeterire silentio non possumus, illustrissimum Comitem Stanhopeum, qui susitus omnes edende huic libro liberaliter impendit, nulla alia re magis amorem litterarum et omnis doctrinae, (quena iam olim in hac nostra studiorum Uniuersitate multis modis testatam fecit,) emori potuisse. Optamus vehementer, commodo litterarum, ut feruerit hunc animam litteris deditum, tueaturque veterem Gentis suae, etiam ex litteris, gloriam.

BIBLIOTHECA CRITICA. PARS PRIMA.

(Η γὰς τὸν λόγον πελέας πολλῆς ἴστι πελέας τελευταῖς
ἰππούμην, Longinus). *Eiusd. PARS*

SECVNDA

Amstelod. 1777. plagg. 17¹₂. in octavo, apud Petrum
den Hengst.

Auctores exponendae huius narrationis de novis libris, non solam notitiam librorum novorum et doctorum hominum ad alios diuulgandam spectant, sed in se recipiunt, se artium ipsarum incrementis profuturos, et, ut plurimorum studiis frequententur, effecturos esse. Quod ut planius dicamus, promittunt, se producendis ex litteris antiquis, Graecis, Romanis, Orientalibus libris recenter editis, nec proflua omisssis e nostrorum temporum studiis iis, quibus aliqua cum antiqua doctrina cognatio et societas est, laudatis cuiusque vel bonis, vel vitiis, ingenia hominum ad laudabilem imitationem excitaturos, et a vituperandis suocaturos esse. Et quia illastris potissimum exempla ad animos commouendos aptissima solent esse, praesertim ad veritatem examinata, nec in superficie tantum, sed intus perspecta, censuram agere maxime eorum librorum, quibus vel auctoris, vel editoris et interpretis, vel argumenti praefstantia, momentum aliquod addit, de iisque accurate in utramque partem exponere decreuerunt ita, ut vel celebrandis virtutibus, vel vitiis reprehendendis, vnicce veritatem sequi velint. In rerum varietate vtendum censem ipsa, quam sponte ferunt litterae, suavitate, magis austera et solidia, quam dulci et decocti. Ad quam obtainiendam in primis pertinent, quae de librorum argumentis, et historia litteris.

litteraria disputantur sub cuiuscunque fere exquisitoris et maioris operis recensionis initium, siquidem de Ciceronis eloquentia, et quibus artibus et institutis sit innixa, et ad summum adducta, P. II. init. copiose differitur. In Symposio Platonis quae contineantur, quamquam brevior, recensio quae ad ornatum adiecta sine, tamen ordine et perspicue narrantur P. I. p. 35—45. Ibidem p. 79—93. de Buxtorfianorum et Capellianorum concertationibus, siue de diversis hominum superioris temporis, in re Critica Vet. Test. opinionibus, iucunde et utiliter exponitur. Parte autem II. Phalaridis Epistolis sententiae doctorum, in primis inter Boyleum et Bentleium controversiae, p. 63—70. narratae emineat, totiusque Achillis Tacii amatoriae narrationis compages, cum insigni de laudibus virtusque iudicandi peritia, p. 44—58. demonstrata. Emissi suppresso scriptoris nomine inter Bacauos libri, suis auctoribus attribuantur; quemadmodum P. I. p. 116. Ruhnkenium dissertationis de vita et scriptis Longini, quae etiam praemissa est Toupiano Longino, auctorem esse, et dissertationem do Babrio, a Thirwicco, cuius alia existant eximia, scriptam, ex P. II. p. 120. discimus. Alia adsperguntur ad eruditorum res pertinentia, qualia sunt quae de Lennepii institutis, moribus, valetudine et morte, P. II. p. 74. sq. prescribuntur. In scriptoribus utriusque linguae emendationes, explicaciones editorum, frequenter commemorantur, et aliae emendationes ac conjecturae, ab acumine et sollertia censorum profectae, inseruntur, quorum e doctrinae copiis ea quoque promuntur, quae ignorata, aut neglecta ab editoribus, ex observationibus Criticorum, per varia eorum scripta dispersis, repetenda fuerant.

Sed enim, Lectorum causa, censuras librorum, quas utraque pars complectitur, nominabimus. Igitur prima pars habentur: I.) Ciceronis Opera ex editione L. A. Ernesti

nesti Vol. I. quo libri Rhetorici continentur. II.) Platoni Philebus et Symposium ed. I. Fr. Fischeri. III.) Iacobii Bryant Systema Nouum Mythologiae Vol. I. IV.) Veteris Testamentum ex editione Kennicotti. V.) Dissertatio de vita et scriptis Longini. Parte autem secunda: I.) Ciceronis Opera ex editione I. A. Ernesti Vol. II. quo Orationes continentur. II.) Analecta Poetarum Graecorum, editore Rich. Fr. Phil. Brunck. III.) Achillis Tatii Historia Amatoria edit. Benj. Boden. IV.) Phalaridis Epistolas, et Bentleii dissertatio ed. Io. D. Lennep. V.) Abulfedae descriptio Aegypti, ed. Ioh. Dau. Michaelis. VI.) Epicteti Enchiridion, cura Chr. Gottl. Heyne. Altera Editio emendatior et auctior. VII.) Dissertatio de Babrio. VIII.) Examen critique des Anciens Hist. d'Alexandre le Grand, sive Censura Veterum scriptorum de rebus Alexandri Magni.

Ingenium Batavorum, qui praeter suspicandi sagacitatem, et conjecturalem rationem, magno locorum similium apparatu, crebrisque ad alios scriptores iucundos digressiobus utuntur, in his quoque censuris conspicitur. Si cuius notas strictiores brevioresque vident, alia ignorata, alia neglecta queruntur, et ieiunitate offenduntur. Lennepius, qui prolixas et copiosas notas scripsit, multa ad Phalaridem profudit, quae vel ad alios Scriptores notari, vel ad Lexica referri poterant, eximiam copiosas et abundantis doctrinae laudent habet, quam vituperare nefas sit eos, qui ex angusta et famelica doctrina sua aliis impetriri nihil possint. Atque is quidem, cum patris aliis, Ruhnkenio, Thirwitto, et Heynio, qui insigniter demonstrasse recte intelligendae Stoicæ rationis, ad quam libellus Epicteti est conformatus, atque adeo ipsius libelli intelligendi laudem fert, sine reprehensione transit. Parum probatur Bodenus, de cuius animadversionibus ita perscriptum est: „Habent haud

„hanc paucis locis utilem comparationem aliorum Ero-
 „corum, et doctrinam, quamquam eam magis ex recentio-
 „rum commentariis, quam antiquorum fontibus haustam:
 „non item ingenium criticum et scientiam accuratam lin-
 „guae; unde etiam factum est, ut de multis locis, quorum
 „facilis erat et parata medicina, ei non liqueret.“ Kenni-
 cettus, ut par est, laudatur, et si quid reprehenditur, mol-
 liter, quasi venia et excusatione dignam, tangitur; id solum
 fere, quod nullam adhuc suorum codicem notitiam exhibe-
 batur, accusatur. Bryantius profus, ut commeritus est,
 erploditur. Michaelis ex parte laudatus; cum Reiskie
 collatus, ei cedere cogitur. Brunckius cum hac admonitione
 dimittitur: „Omnino unican nos videmus medelam hanc,
 „ut ipse Röman eat Cl. Brunckius, codicem Palatianum de-
 „scribat, cumque sicut est, cum ipso vitiis, nullo nouo
 „ordine inducto, exhibeat. Ita quantus existet Temus,
 „tribus prioribus multum praeforendus, et Brunckius per-
 „fetta editoris laude cumulabitur.“ Hac occasione non
 praetermittimus lenissimam, veramque, ut arbitramur, P.
 II. p. 32. carminis Meleagri 40. et Homeri ipsius Il. a,
 11, emendationem. In illo enim legendum esse admone-
 mur, Κύμοι τοι καλός ἦτοι ὅνδε σκλέρχουσιν Μάλακοι κρύπτειν,
 pro vulgaritate Κύμοι τοι καλός ε. τ. λ. In hoc autem; Οὐρανοί
 τοι Χρύσοι ἵστημεν ἀγρυπνοι, pro τοι Χρύσοι. In affirmando
 usurpatum τοι sene, profecto, ut monuit Valkenar. ad Eu-
 rip. Phoen. p. 166. Ernestus autem, quod omnium unus
 instructissimus iis, quae ad emendandum et illustrandum
 Ciceronem valent, ad eum edendum accesserit, summis
 laudibus cumulatur. Quae enī virtutes inesse debent in
 Critico Ciceroniano eximiae, in eo agnoscantur. Primum
 litterarum Latinarum Graecarumque scientia egregia; tum
 Latinitatis, et in singulis verbis, et in analogia, constructio-
 ne, consequtioneque temporum ac modorum, cognitio
 plane singularis; tum Ciceronianæ consuetudinis in figuris

atque sententiis intelligentia, et sensus numeri et soni Ciceronianii, auresque tritae notando iusto orationis ambitu; denique copia et usus librorum antiquorum, tam editorum, quam scriptorum, cum sollertia indagandae veras lectiones per vestigia eius, quae in libris existat. Quod reprehendunt hoc est: non tantum temporis, curae, ac diligentiae, quantum opus fuisset ad perfectam absolutamque suis numeris editionem efficiendam, in ea collocatum fuisse. Nimirum, quod in comparandis locis similibus vel Latinorum, vel Graecorum, parcissimus; in congerendis et commemorandis eruditorum sententiis et emendationibus parum copiosus; in coniecturis proponendis modestissimus fuerit, vnde hoc spectans, ut rei familiari emitorum consuleretur, et sua potius, quam aliena legerentur recocita: hoc displaceat. Nam et si coniecturae ad libros de Oratore, et ad Verrinas orationes, quos libros in primis sibi tractandos sumserunt, qui censuram huius editionis egere, afferuntur non inelegantiae, nec incommodae; tamen cum non omnium identitatem in his rebus iudicium, aliae aliis vel prorsus superfluae, vel facile intermitenda videantur; quibus exceptis, reliquorum numerum vehementer minui necesse sit. Fischarto, quasi lacesisti quibusdam verbis eius, quibus in Praefatione, non iam Philebo et Symposio Platonis, de quibus nunc agitur, sed Sophistae, Politico, et Parmenidi, ante aliquos annos praemissa, usus est, quae eo valere volunt, ut Batavorum in Platone adhuc factas emendationes reiaceat ut superuacaneas, et morem, ad quem veteres auctores edant, ad aliam formam reducere videatur, ita sunt iniqui, ut ei Critics tractandae facultatem denegent, arrogantiae eum insimulent, notarum eius iocunditatem etiminentur, amoeniores potius facilioresque dialogos, loco Sophistae Parmenidis et Philebi, editos fuisse postulent, plus in rerum obscuritate, dictionisque vi et elegantia explicanda, curae desiderantur.

derent, indices verborum tironibus utiles flagitent, solam laboris, assiduitatis, diligentiaeque laudem ei relinquant.

Fischero autem V. Cl. cur non licet, quod Ernesto, quod Reiskio permittitur. Huius inspiciantur Praefationes Animaduerctionibus ad Auctores Graecos, in primis Volumini primo ac tertio praemissae, illius autem ad Callimachum praefatio, et imuenientur iudicia et sententiae de editionibus adornandis, et animaduerctionibus scribendis, quibus, si non omnibus satisfecerunt, stae tamen consuetudinis idoneam rationem, sine vilius offensa, reddidisse videntur. Fischerus autem tantum abeit ab gloriola Critices facienda, vt eam nusquam rapere et affectare, saepè eius exercitiae copiam et facultatem detrectare, modestiae causa, reputatur. Igitur, quae Batavorum ingenia refingere audiunt, iis commodam potius explicationsm, quam emendationem adhibendam esse, statuit. Prima cura est, vt veritas lectionis vel constituatur, vel via monstretur eius reperienda et constituenda; ad quod obtainendum opus est iis praefidiis, quibus cautas et modestae Critices leges uterum iubent. Editiones Dialogorum Platonicorum, vt essent parabiliiores, et inseruissent lectionibus habendas, confuso carent longiorum annotationum mole, in quibus vel rerum philosophicarum obscuricas fufius declaretur, vel interpretationis similitudo copiosius demonstretur, vel verborum vis et elegancia operesius comprobetur. Indices verborum omnes sunt, partim quia in indice Aeschinis, et aliorum librorum, multa ad Platonis orationem intelligendam necessaria insunt, partim quia editione Dialogorum nondum absoluta, nec Indicis edendi tempus est. Macram autem et iciunam non esse Cl. Editoris disciplinam et doctrinam, sed amplam et copiosam, intelligent et fatebuntur, qui vel de defendendis locis quibusdam Platonicis prolusionem, anno 1767. editam,

atque sententiis intelligentia, et sensus numeri et soni Ciceronianii, auresque tritae notando iusto orationis ambitu; denique copia et usus librorum antiquorum, tam editorum, quam scriptorum, cum sollertia indagandae viae lectionis per vestigia eius, quae in libris existat. Quod reprehendunt hoc est: non tantum temporis, curae, ac diligentiae, quantum opus fuisset ad perfectam absolutamque suis numeris editionem efficiendam, in ea collocatum fuisse. Nimirum, quod in comparandis locis similibus vel Latinorum, vel Graecorum, parcissimus; in congerendis et commemorandis eruditorum sententiis et emendationibus parum copiosus; in coniecturis proponendis modestissimus fuerit, vnicce hoc spectans, ut rei familiari emitorum consuleretur, et sua potius, quam aliena legerentur recolta: hoc displaceat. Nam et si coniecturae ad libros de Oratore, et ad Verrinas orationes, quos libros in primis sibi tractandos sumserunt, qui censuram huius editionis egere, afferuntur non inelegantiae, nec incommodae; tamen cum non omnium identitatem in his rebus iudicium, aliae aliis vel prorsus superfluae, vel facile intermittendae videantur; quibus exceptis, reliquorum numerum vehementer minui necesse sit. Fischarto, quasi lacesisti quibusdam verbis eius, quibus in Praefatione, non iam Philebo et Symposio Platonis, de quibus nunc agitur, sed Sophistae, Politico, et Parmenidi, ante aliquot annos praemissa, usus est, quae eo valere volunt, ut Batavorum in Platone adhuc factas emendationes reiaceat ut superuacaneas, et morem, ad quem veteres auctores edant, ad aliam formam reducere videatur, ita sunt iniqui, ut ei Critics tractandae facultatem denegent, arrogantiae eum insimulent, notarum eius iognitatem etiminentur, amoeniores potius facilioresque dialogos, loco Sophistae Parmenidis et Philebi, editos fuisse postulent, plus in rerum obscuritate, dictionisque vi et elegantia explicanda, curae desiderantur.

derent, indices verborum tironibus utiles flagitent, solam laboris, assiduitatis, diligentiaeque laudem ei relinquant.

Fischerus autem V. Cl. cur non licet, quod Ernesto, quod Reiskio permittitur. Huius inspiciantur Praefationes Animaduersionibus ad Auctores Graecos, in primis Volumini primo ac tertio praemissae, illius autem ad Callimachum praefatio, et inuenientur iudicia et sententiae de editionibus adornandis, et animaduersionibus scribendis, quibus, si non omnibus satisfecerunt, saepe tamen consuetudinis idoneam rationem, sine vilius offensa, reddidisse videntur. Fischerus autem tantum abest ab gloriola Critices facienda, vt eam nusquam rapere et affectare, saepe eius exercitiae copiam et facultatem detrectare, modestiae causa, repriatur. Igitur, quae Ratauorum ingenia refingere audiunt, iis commodam potius explicationsm, quam emendationem adhibendam esse, statuit. Prima cura est, vt veritas lectionis vel constituatur, vel via monstretur eius reperienda et constituenda; ad quod obtainendum opus est iis praefidiis, quibus cautas et modestae Critices leges utendum iubent. Editiones Dialogorum Platoniorum, vt essent parabiores, et inseruissent lectionibus habendi, confuso careat longiorum annotationum mole, in quibus vel rerum philosophicarum obscuricas fufius declareretur, vel interpretationis similitudo copiosius demonstretur, vel verborum vis et elegantia operosius comprobetur. Indices verborum omnes sunt, partim quia in indice Aeschinis, et aliorum librorum, multa ad Platonis orationem intelligendam necessaria insunt, partim quia editione Dialogorum nondum absoluta, nec Indicis edendi tempus est. Macram autem et iciunam non esse Cl. Editoris disciplinam et doctrinam, sed amplam et copiosam, intelligent et fatebuntur, qui vel de defensionis locis quibusdam Platoniciis prolusionem, anno 1767. editam,

tam, vel ceteras eius prolusiones, aut separatim, aut immixtum editas viderint.

Nec alienum a consuetudine nostra, et expletione lectorum nostrorum expectationi profuturum sit, nonnullas ex emendationibus et explicacionibus, quibus harum recognitionum scriptores, variis Auctorum veterum locis aliquid vel medelae, vel lucis affereconantur, commemorare. Ne vero in tanta rerum copia oculi nostri mentesque distrahanatur, reliquam disputationem nostram terminis his definimus, ut propositarum opinionum specimina a duabus prioribus censuris expromamus, prima secundae partis, addita, hoc est, a censuris Ciceronianis et Platonica.

Etenim Orat. I. c. 43. in ea parte qua Crassus iuris Civilis studium commendat, et in verbis his: *Nam, siue quem aliena studia delectant, plurima est et in omni iure ciuitatis, et in Pontificum libris, et in XII. tabulis, antiquitatis effigies, siue quis ciuilium scientiam complectetur etc.* haec adhibetur p. 14. P. I. medela, ut pro aliena studia, antiqua, pro contemplatur, reponi consuetatur, vir doctus velit. Si id agitur, ut verborum interpretamenta, siue glossemata, ipsis auctorum verbis potiora putentur, vulgaria exquisitis, obvia rarioribus, valebit quod hic fit. Sed dum ista temeritas vitabizer, nec hoc admittimus. Sunt enim aliena studia, exterrarum, peregrinarum, priscarum rerum; contemplari verbum loco positum est, cum propter vocabula effigies, tabulae, turn propter ipsam eius efficaciam, in vehementiori quadam animi inclinatione admirationeque indicanda.

Ibid. c. 53. *Reprehendebat igitur Galbam Rudilius, quod is C. Sulpicii Galli, propinquus fui, Q. pupillum filium ipsi paenus in humoros suos extulisset, qui patris clarissime recordatione et memoria fletum populo moueret, et duos filios suos parvulos*

tute-

statuas populi commendabat. Locum corruptum ita satandum putat p. 16. ut pro et recipiatur ut, hoc ordine: extubasset, ut patris clarissimi recordatione, et memoria fratrum populo moveret, qui (sc. pater) duos filios suos etc. At enim quia, pro et eleganter dicitur, nec ideo loco monendum. Sed extrema tamen laborare videntur.

Lib. II. c. 38: *Nem et omne quod eloquuntur sc, ut id aut esse dicamus, aut non esse, et si simpliciter dictum, suscipiant dialectici ut iudicent, verumne sit an falsum etc. Si sic scriptum fuisset, non omne quod et eloquuntur sc, non putassent interpres aliquid virtutis esse in primis huius loci verbis, sed agnouissent, repetitum aliquocies et sibi respondero, adeoque excludi non posse; nunc alii et expungere, vir autem doctus p. 20. in eis mutare vult, irrito, ut arbitramur, conatus. Nam numeri Ciceroniani canlla inter nos et omnes locatae sunt. Probabiliores sunt sequentes emendationes: c. 78. quanto hoc magis in oratione est spectandum, pro expectandum, et L. III. 2. illa fuit cygnus divini hominis vox et oratio, quae quasi excepta est, cum Gesnero Thes. L. L. V. exceptare, pro expectante. Nisi fortasse expectare pro expectore, desiderare, dicitur.*

Veniamus ad orationes Verrinas. L. II. 23. intelligatis, hanc pecuniam, qua via modo visa est exire ab isto, eadem summa restituere. Commendatur P. II. p. 10. tanquam certa et imprimit elegans Burshani ad Phaedr. L. III. Prol. 38. legentis tandem pro sedem, conjectura. Tum totus sic constituitur locus: hanc pecuniam, quae (pro qua) via modo visa est, e. a. i. tandem s. r.

L. II. 76. Cum manifesta res, tam flagitiosa tabularum atque insignis turpitude temeretur. V. doct. p. 12. tentat: Cum manifesta re, tam flagitiosa t. a. i. turpitude temeretur. Sed

oratio longuet. Quidni potius? Cum manifestaretur, cum satisfactio[n]is t. a. i. t. teneretur. Quare nec probatus ad III. 13. Hoc nouum genus iniuriae ferre nemo posset, scilicet, cum tuos omnes fructus padicendo tradidisses, et rem de manib[us] amississ[us], tum bona tua repetere ac persqr[ue]litate atque iudicio, proponi coneturam: — ferre nemo posset, scilicet, cum tuos omnes fructus f. tradidisset, et rem de manib[us] amississet, tum bona sua repetere. — Numne hoc est orationi nervos incidere? Qui Sy-lepseos exempla habeat in promptu, qualia multa collegerunt Drakenboreh. ad Silium Ital. XII. 64. Heusinger. ad Nep. Alcib. 3. p. 73. f. et Thrafyb. 4. p. 96. Hemsterhus. ad Lucian. p 492. Torn. I. Ernestus ad Xenophontis Memor. Soc. II. 1. Fischer. ad Platon. Apolog. 28. is nec dubitabit, quin recte dixerit Cicerio Verr. V. 42. Pater aderat — — cum cum illa autoritate et miseria videret praeditum; nec desiderabit conjecturam ab Ernesto quidem dubitanter propositam, et a V. doct. approbatum: illa autoritate praeditum, aetate et miseria perditum. Quid facies tue alibi locis, quid Sallustio lug. c. 14. sic scribent: nos regnum, sed fugam, egestatem, exilium, et quae me preimum mala, cum vita simul amissi.

Nunc de quibusdam coniecturis, ad Platonis Symposium illustrandum atlatis, videbimus. Primum quidens eleuatur et reiteitur scita et elegans emendatio Cel. Frischetti in loco Platonis p. 108. in allusione Homericā, ὅντε δέ δύχοπτά πρέπει βλεψόμενοι, τιτην̄ περ λεγεντις πρέπει τοῦ, et docentis, apud Homeram Il. x. 224. πρέπει τοῦ esse idem quod οὐτος πρέπει τοῦ, vel εἴπος πρέπει τοῦ δίητος, hoc sensu: quod unus excogitare non poterit, id reperiet et excogitabit alter. Obloquitur V. doct. et nimirum quia πρέπει bonum sensum efficiat, progrediens, ut h[ab]et et cum leuis proficere, negat se illud ex Homero recipere. Iam quia demonstratio laborat; quia frequentes apud Platonem esse scimus allusiones ad

ad Homeris verbis; quia in hoc ipso dicto frequentando crebri sunt scriptores alii: hanc emendationem elegantiae summaeque probabilitatis laude non esse defraudandam censemus.

P. 110. καὶ ἡμὲν ἔφη αἴστοις τὸν καίδα, οὐα ποὺ χατάκει: το. Fulcit V. doct. vsum anacoluthi, quod Fischerus agnoscit, obseruat a Wyttbachio ad Plutareh. Ser. Num. Wind. p. 126. 127. et Interpretibus ad Aet. Ap. I. 8. Ad anacoluthon sibi placere negat p. 115. in his: Ἐργα δὲ φυδέρα παν αἰθρίων τοταληράναι — — ύμηται, αλλ' ἔτιπον μέληγαι τούτος θεός. Certissimum Stephani conjectaram, ημέληγαι τούτος θεός, pronunciat, parum sollicitus, utrumka fus vis orationi conseruetur, an debilitetur et frangatur. Paruo, ait, acutumne opus fuisse ad intelligendum, in verbis p. 116. τούτα δὲ καὶ εἰ ἀλλοι πάντες αἴσται ξυθραστοί, legendum esse sine dubio ἄμα, simul. At cur cogamus Platonem tanto pleonamno dicere, πάντας αἴσται ξυμφάνται, cum αἴσται sit ei familiare et frequens, ex poetarum imitatione.

P. 132. Eryximachius Aristophanem remedia docet, quibus singultum depellat, et in aliis hoc etiam: αἰσλαβάν
πι. οὐοῦτοι σωτήρεσιν δι τὴν βίην, πτάζε. Hic mirati sumus, quomodo vir doctus ibi legendum putet εἰνόταις, titilles; ad- datque, titillatione non motu tantum opus fuisse. Primum πτάσσειο cum non habet, quia ad fricandum nasum non opus erat aliqua re recepta, (dicit enim, αἰσλαβόν τι) deinde quia fricando naso, non editur sternutatio. Κινήσαι autem fera hoc sensa dicitur, ut sic, aliquam corporis partem aliquo modo affectare. Cassius Ietrosoph. Quæst phys. c. 44. οἱ μὲν πτάσμες γίνεται ύπο θερμοῦ τινὸς κινήσαντος τοῦ τόπου τέτονος αἵρεται et mox: οἱ κινεῖν πέφυκε τὸ ἀνταῦδα ύγεον. Latinorum monos, sicut de animi, ita etiam de corporis affectiō- nibus dicitur. Alium mouere Catonis est de K. R. c. 15.

ventre Britannici motu est apud Sueton. Ner. 33. Aristoteles problem. 4. cum querit, cur solem aspicientes sternuntur? ait, est enim deputatum.

Orationi Alcibiadis p. 191. sene conseniens videtur quod V. doct. vult, *αλλὰ τέττας εἰν τῷ πρᾶγμα, σει τὸν αὐτὸν ιπσάνην αρρενοῦντος*, praeo quod editur: *αλλὰ λέττας εἰν τῷ πρᾶγμα*. Similiter dixit in aliis huius Dialogi locis p. 178. *τόν ἐξῆντος ιόντας εἰν τῷ πρᾶγμα*. Sed nec alterum alienum est, hac sententia: *Sed (videbatur mihi) iam demum cognoscendum, quas res esset, siue quomodo res i. e. constantia Socratis, se haberet.*

**NOTITIA RERVM HVNGARICARVM,
conscripta A. FRANCISCO CAROLO PALMA, So-
ciatus Iesu Sacerdote, PARS**

I. II. III.

Tyrnauiae, typis Collegii Academicus Soc. Iesu, Anno
M D C C L X X . octonis.

Insignis huius Hungaricae Historias compendii author plurimorum venerandus, Collegii Archiepiscopalii quod Tyrnauiae floret decus insignie; toto hoc opere ad praesentem usque aetatem producto, maximam fere partem secutus est Annales Georgij Pray, e Societate Iesu, qui Historiam Hungariae omnem ad tempora usque Ferdinandi Austriaci eleganter aequo ac copiose complexus, ea rei litterariae Hungaricae paucis annis procerasit adiumenta, quas longo tempore

pore quidem, frustra tamen desiderabantur. Is nimirum prius post *Tinorum* res Hungariae ad annos referre, colligare sparsa, fabulas expungere, omnibusque deinceps scripturis planiorem viam facere instituit. Minime tamen potendum est, adeo unius huius principis quidem auctoris vestigia legisse Palmam, ut adire alios, sicuti e re force forte, religioni sibi diceret.

Divisit autem omnem materiam in duas partes, immo ut prior veterem cum Historia Regum Stirpis Arpadinae, posterior dein nouam Hungariam exhiberet. Ille, virtus nimirum, praeter *Hunorum*, *Avarum*, atque *Huugorum* res, etiam domesticam periodum Regum Hungariae, persequitur; haec a temporibus regis Stephani, continentis filio ad nostram usque aetatem descendit, fertilis maxime rerum memorabilium. Ceterum etiam utitur oratione perspicua atque cometa, qualis Historicum deceat; quamvis receptae inter suos opiniones non parum tribuisse videantur. Inter omnes constat, R. Stephanum per tempus aliquod usum suffis Duciis titulo, donec Astricuus, S. montis Panniae Abbatem, iamque Colocensium Antistitem designatum, Romanum mitteret, a Papa Siluestro II. patiturum, ut sibi et suis successoribus regia appellatione utiliceret. Atque hoc loco auctor miraculum, apud Chortait. in vita S. Stephani inventum, in suam orationem infert: „appulsum narrat Astri-
cum Romanum, vix dici potest, quanto accepit gaudio Silue-
ster II. id temporis Romanus Pontifex, diuino ante praeme-
nitus oraculo. Gente Hungara in suam adoptata proce-
ssionem, postulatis quam cumulatissime satisfecit; in re-
sigias potestatis signum, e solide confiatum suo, operis fa-
mne mirifici, diadema dedit.“

Digniora vero lectu sunt, quae hoc ipso capite de di-
sciplina, quam Stephanus in educando filio Emerico Princi-

NOVA ACTA ERUDITORUM

ge adhibuit, proponuntur, quaeue decem capitibus comprehensa Rex Pater in Scripta retulit, et quod hodiernum Corpori Iuris Hungarici insertum publice prostat; et Historiae auctoria nostri non leuem profecto splendorum conciliat. Hunc studium admodum auget veritatis amor spectatoris, et singularis in maximis rebus dijudicandis modestia; nec alienum erit, exemplo quodam dictorum fidem ostendere et declarare. Itaque narrationem rupti per Vladislaua foederis cum Turcis initi, hoc modo persequitur: „Vix oratores Turcae discernerant, cum adfere a Francisco Cardinale Alberino Florentinae classis Praefecto litterae, quibus de pessimo rerum Turcarum in Archipelago statu, suoque aduentu Regem edocebat; a Ioanne item Castrio, in quibus, ut postulatum erat, cum 30. scorum millibus propediem se in Thraciam appalorum significabat. Eas res et Regem, et Hungaros, stupore quodam et pudore defixerat, quod tantos Christianorum apparatus, aduersus foederis initi rationes, tam subito et improinde confecta pace destituerint. His curis anxiosobruere Ioannis iunioris Palaeologi Imperatoris litterae scribebat: vehementer se mirari, Regem Hungariae, comunitata voluntate, aduersus solempnia, totiesque repetita promissa socios turpter deseruisse, et quidem in medie victoriarum curva, nomine fine grati rei Christianae periculo, et sociorum dantio, qui ab Hungaris in feedus perseracti, immenses magno sumtu in bellum fecissent apparatus; addebat, Oratores Turcos exploratores potius, quam legatos fuisse Amurathis, ut qui nullum legationis habuissent insigne; Amurathem inducias dolose pepigisse, ut ab Europa securiester, nactus, totus interea ad rebelles in Asia subigendos incanberet, quibus dominis, vniuersis viribus bellum in Europa instauratus erat. Orabat denique regem, ne immemor pactiorum socios desereret Princeps, tantisque Christianorum spes, e multiplici illo foedere concepta, momento spe.

„praevideret. His, aliorumque Principum nunciis auditis,
 „Regent Hungarosque facti paenitentia subiit, et belli ge-
 „rendi opportunitas, et maximorum successuum spes, singu-
 „los in Amurathem animabat. At enim religio prohibe-
 „bat, pacta iurisurandi Saeramento firmata iarringere.
 „Rogatis pro more tam in rem sententiis, vbi quisque,
 „quid ibi videretur, exposuit, Julianus Cardinalis, legatus
 „Pontificius, captata loquendi opportunitate, nuperam
 „cum Turcis pacis tractationem sibi irritam videri pro-
 „nunciavit, eo quod a perfecto prius cum Christianis prin-
 „cipibus foedare fessi, integrum minime fuerit Vladis-
 „lac reedere, infansque socius cum hoste de pace pacisci,
 „teneri itaque Regent prioribus fave pacis, posterio-
 „raque utpote nulla rescindere. Tandis fortas, inquietabat
 „Cardinalis, liberum Regi fuerat, de foederibus et pace
 „cum Turcis agere, quoad incliti huius Regni viribus et
 „felicitate bellum gesti, quoad nulla externa ope adiutus
 „privato sui regni discrimine ac famu publicam rei Chri-
 „stianae falesem maiestatemque tutatos est. Vbi vero
 „cum aliis quoque Christianis Principibus consilia, totam
 „que bellum iniuri gerendi rationem communicare placuit,
 „corundeo consensu bellum intermixti oportuit, quorum
 „spibus auspiciisq; geri susceptum operebat. Hac et
 „alia vbi evipiose Julianus pro primi foederis valore expo-
 „nuisset, in eius sententiam itusa ab omnibus, tantusque
 „præsentes ardor incesserat, ut novo iureiurando fe ad
 „prosequendum eam sociis in Turcas bellum Rerum at-
 „que Proceres obstrinxerint. Atque hinc satis episori di-
 „stincte intelligi potest, an Eugenius Pontifex periurii vi-
 „olataeque pacis auctor dici possit? quamquam Hungaros
 „fatus erat, sanctitas cum Turcis inducias custodiare, quam
 „semper instabili sociorum, præcipue Graecorum, fidei ere-
 „dere. (Sed tamen Cardinalis Julianus, Legatus Pontifi-
 „cicus, sophismate vñus, suaserat).

• 80 •

„Secutam mutato consilio cladem Varnensem, hic pp.
 „loribus depingit summus Historicus: His e sente-
 „tia constititis, et novo delecta auctis Hungarorum copiis,
 „bellum continuo in Thraciam delatum fuit; initia laetissi-
 „ma prosperos spondebant successus, pleraque enim urbes
 „et oppida, aut vi, aut ditione in Hungarorum concede-
 „bant dominationem, atque sic Varnam usque haud pro-
 „cul Euxino ponto sitam urbem ventum fuit. Eodem non
 „multe post hostilium armorum strepitu reuocatus perue-
 „nit Amuraches, grauiterque de ruptis inducis conquestus
 „fuit. Postquam diebus aliquot mutuo in conspectu ad-
 „uersae conficerent acies, prior Amuraches IV. idus Ne-
 „vembrii in Hungaros maius imparatos impetum fecit.
 „Diu, magnisque animis, protracta pugna, feruacem ac ice-
 „rum summa vi repulsi Turcae: instabant cedentibus
 „Hungari, solitusque ordinibus paulo viterius, quam spili-
 „tandi ratio postularerat, progrederi sunt: hic rursus maiore
 „quam ante furore instaurato praelio, vicebantur Hungari,
 „nisi Ioannes de Hunyad opem tulisset laborantibus, im-
 „petumque delecta cum militum manu sustinuisse. Vla-
 „dlaus, quem a diebus aliquot aegrotantem in castris re-
 „manere iusserrat Ioannes de Hunyad, suorum fortitudine
 „et successu ad suam pariter virtutem excoendam, quo-
 „rendamque ferro gloriam, accessus, ubi omnium maxime
 „feruebat praelium, repente se miscuit pugnancibus. Iam
 „iam inclinabat Turcorum acies, victoriaque in Hungarorum
 „fuit manibus, cum rex, temeritate potius, quam consilio,
 „subditis equo calcaribus in hostes procurrit, vibranteque
 „in omnem partem ensa, stragam edit longe maximam.
 „Illi, noua hac impressione in extremam veri rabiem, vti-
 „mas pariter ad felicem virem adhibent. Cum eni pug-
 „nandum inter laeso grauius sonipede, Rex medios inter hos-
 „tes humi prolabitur, incentique per lacitulos caput pre-
 „ciditur. Infelici eo casu Turcis crouere animi, Hungaros

„ au-

„autem adeo primus ille ardor destituerat, ut impetum
 „non ferentes amplius, in effusam abierint fugam. Amu-
 „rathes, ob multa suorum milia eo proelio amissa, animo
 „aeger, vetuit fugientes insequi, collectisque vasis in Asiam
 „reueauit, id genus triumphos suis se hostibus precari di-
 „cere postea solitus. Apud Hungaros minor iactura fuit,
 „sed quam Regis Vladislai caedes funestauit. Eius corpus
 „militari cumulo conditum, caput vero per Asiam in signum
 „victoriae a Turcis circumlatum. Julianus Cardinalis, belli
 „suasor et pugna superstes, a Valachis in fuga trucidatus, in
 „praeterfluentem demersus fuit. Atque hic erat Vladislai
 „exitus, documento futuri, Regum vitam salute inque
 „nunquam temere discrimini esse obiciendam. Praefuit
 „Hungarum tribus annis, totidemque mensibus, Princeps pie-
 „tate, morumque probitate insignis, generoso atque libe-
 „rali animo, eo solo apud exterros notatus, quod Ladislao
 „Posthumo, pupille Regi, Regnum eripuerit.“

Ceterum Palma, Vir doctissimus, hoc potissimum capi-
 te summopere commendandus est, quod in rebus per se
 odiosis enarrandis, non tamen laudes praetereat, quas
 quae erat tum Seculi conditio, homines iis tribuere consue-
 verant. Tale fuit factum Ferdinandi III, quo secundum
 Pauli V. et Gregorii XV, constitutiones, illibatam virginis
 conceptionem Viennensi Academiae ad tuendum obtulit, at-
 que Ita originem dedit consuetudini, qua Caesares die VIII.
 Decembris, annis singulis, solenni voto ad aedem d. Ste-
 phano sacratam, hanc eximiam praerogatiuam Mariæ vir-
 gini asserere solent. Mos hic, ait auctor noster, Viennenis
Vniuersitatis, ad ceteras Hungariae, Germaniae, Galliae,
 Hispaniaeque Academias propagatus, Ferdinandi III, com-
 mendat pietatem in Mariam Hungarorum Dominam, qua qui-
 dem pietate stante, feliciter res Hungarica stetit, intereunte pe-
 rire cepit. Talia non oportebat scribere Virum, qui a do-

Etrina commendatur; propterea quod omnis ista res ad fraudes monasticas pertinet. Sed dandum erat aliquid Ordini, qui cum omni suo cultu Iesuitico sublatu*s* est.

C. VELLEII PATERCVLI QVAE SVPERSVNT
ex Historiae Romanae voluminibus duobus: cum integris ani-
maduerſionibus doctorum, curante DAVIDE
RVHNKENIO.

Lugduni Batavorum apud Samuel. et Ioann. Luchtmans,
 Academiae typographos, 1779. Alph. 3 pl. 16. cum 10
 pil. Praefationum. T. I. II. in 8.

Notum est eruditis, in primis his, qui cum reliquarum doctrinarum cognitione, humilitatis et litterarum scientiam coniungendam putant, tanto emendatores haberi ex antiquorum libris eos, quorum ad nostra tempora multi codices scripti peruererint, quanto inquinatores et corruptiores ii censemur, quorum pauci, siue unus tantum et alter, reperiantur. Quo minus mirandum est, Velleii, qui breuiter Romanam historiam tradit, quae supersunt, ab eo inde tempore, quo edita primum in lucem sunt, manca semper, mutilata, lacerata et corrupta, post etiam curas virorum doctorum, quibus ea sanare ac emendare animus erat, mansisse. Huius enim operis unus tantummodo codex MStus extitit, in coenobio Murbacensi, sub initium renascentium litterarum repertus, vna tantum, quae auctoritatem habeat editio, ex hoc ipso Codice ducta et expressa, B. Rhenani, quae Basileae ap. Frobenium anno 1520. in

Fo.

Folio prodit. Mox Ioh. Alb. Burerius istum codicem, quoad adhuc a Frobenio tenebatur, cum typis expresso exemplari contulit, et varias inde lectiones collectas illi sup sub nomine addidit. Post haec tempora evanuit Coder, nec viquam vel idem, vel aliis, qui Velleii libros referret, in summo querentium et peruestigantium studio et labore indagari potuit. Hanc primam editionem, multi, qui ad Velleium legendum et explicandum, dispari cum animi sequitur ac doctrinae apparatu, accesserunt, offensi eius lacunis, naeviis, et corruptiis, ita conati sunt refingere ac reformare, nullo ut, neque sine modo, impetus iste regi et temperari, sed tota res temeritati attribui videretur. Primus hoc fecit Iuncta; successit Vascofanus; exortus deinde est, qui quae isti modice fecissent, summa cum libertate ageret, et plane nouum, et a Rhenaniano diuersum Velleium, procederet. Cuius autem monumentum est editio Velleii subiecta Scriptoribus Historiae Augustae, Basileas apud Frobenium a. 1546. Fol. editio. Doctum tamen et acutum fuisse hominem, qui huic editioni praefuit, quisquis tandem fuerit, intelligitur, insigni fauore plurimorum, quo, quamquam non Velleiana, attamen ea quae intelligi possent, praebaret, excepta est haec altera et interpolata Basileensis editio, antiquior, genuina et sincera refrenti, posthabita. Quin etiam ipse Burmanus, ac caeteri, qui Critici dici haberique vellet, in suis Velleii recensionibus, hanc interpolatam editionem in textis verborum exprimendis, securus quam par erat, secuti sunt. Hac rei indignitate permotus Ruhnkenius, quem nemo acuti, sagaci, et perdocti Critici laude defraudet, quem illi commiserant errorem euitauit. Necessarium enim duxit, verum et germanum Velleium, qualis in Rhenani editione prodit, tandem aliquando renoscere. Ergo non veritus eorum minas, qui textum multis in locis mendosiorem, quam in Burmaniana et aliis editionibus reperiretur, exhiberi, qui nec orthographiam saepe falsam

Etrina commendatur; propterea quod omnis ista res ad fraudes monasticas pertinet. Sed dandum erat aliquid Ordini, qui cum omni suo cultu jesuitico sublatuſ est.

C. VELLEII PATERCVLI QVAE SVPERSVNT
ex Historiae Romanae voluminibus duobus: cum integris ani-
maduersionibus doctorum, curante DAVIDE
RVHNKENIO.

Lugduni Batavorum apud Samuel. et Ioann. Luchtmans,
 Academiae typographos, 1779. Alph. 3. pl. 16. cum 10
 pil. Praefationum. T. I. II. in 8.

Notum est eruditis, in primis iis, qui cum reliquarum doctrinarum cognitione, humanitatis et litterarum scientiam coniungendam putant, tanto emendatores haberi ex antiquorum libris eos, quorum ad nostra tempora multi codices scripti peruererint, quanto inquinatores et corruptiores ii consentur, quorum pauci, sive unus tantum et alter, reperiantur. Quo minus mirandum est, Velleii, qui breuiter Romanam historiam tradit, quae supersunt, ab eo inde tempore, quo edita primum in lucem sunt, manca semper, mutilata, lacerata et corrupta, post etiam curas virorum doctorum, quibus ea sanare ac emendare animus erat, mansisse. Huius enim operis unus tantummodo codex MStus extitit, in coenobio Murbacensi, sub initium renascentium litterarum repertus, vna tantum, quae auctoritatem habeat editio, ex hoc ipso Codice ducta et expressa, B. Rhetzani, quae Basileae ap. Frobenium anno 1520. in

Fo-

Folio prodit. Mox Ioh. Alb. Burerius istum codicem, quoad adhuc a Frobenio tenebatur, cum typis expresso exemplari contulit, et varias inde lectiones collectas illi sub nomine addidit. Post haec tempora evanuit Coder, nec usquam vel idem, vel alius, qui Velleii libros referret, in summo quaerentium et peruestigantium studio et labore indagari potuit. Hanc primam editionem, multi, qui ad Velleium legendum et explicandum, dispari cum animi sensu ac doctrinae apparatu, accesserunt, offensi eius lacunis, nacuis, et corrupcioeis, ita conati sunt refingere ac reformare, nullo ut, neque sine neque modo, impetus iste regi et temperari, sed tota res temeritati attribui videretur. Primus hoc fecit Ionta; successit Vascofanus; exortus deinde est, qui quae isti modice fecissent, summa cum libertate ageret, et plane nouuir, et a Rhenaniano diuersum Velleium, procurderet. Cuius autem monumentum est editio Velleii subiecta Scriptoribus Historiae Augustae, Basileas apud Frobenium a. 1546. Fol. editio. Doctum tamen et acutum fuisse hominem, qui huic editioni praefuit, quisquis tandem fuerit, intelligitur, insigni fanoq; plurimorum, quo, quamquam non Velleiana, attamen ea quae intelligi possent, praeberet, excepta est haec altera et interpolata Basileensis editio, antiquiori, genuina et sincera; refrenti, posthabita. Quin etiam ipse Burmanus, ac caeteri, qui Critici dici haberique vellent, in suis Velleii recensionibus, hanc interpellatam editionem in textis verborum exprimendis, secus quam par erat, fecuti sunt. Hac rei indignitate permotus Ruhnkenius, quem nemo acuti, sagaci, et perdocti Critici laude defraudet, quem illi commiserant errorem euitauit. Necessarium enim duxit, verum et germanum Velleium, qualis in Rhenani editione prodiit, tandem aliquando reuecare. Ergo non veritus eorum minas, qui textum multis in locis mendosiorem, quam in Burmaniana et aliis editionibus reperiret, exhiberi, qui nec orthographiam saepe falsam

Mutariter minaturi essent, hoc agendum et perficiendum esse censuit, consilus, non aliter fieri debere ab eo, qui non hominum eruditorum opinionibus irrectus, sed sola principis editionis ope fetus, per ipsa depravatae scripturae vestigia, veritatem latenter reprehendere deoenuisset. Venum tamen, si vel alienarum, vel suarum correctionum tanta erat perspicuitas, et evidentia veritatis, ut nisi nullo in his litteris sensu praeditus, nemo de iis dubitaret, non ita supersticiosus fuit, quia eas in textum admitteret. Loci sic restituti in corruptissimis olim verbis exemplum est Lib. II. c. 28. quae bac in editione sic exstant; *dictator creatus (cuius honoris ega, uti appareat populorum Romanum usum dictatoris hanc ita in metu defuderet, ut in ocio tyrannie potestatam) imperio, quo priores ad vindicandam maximis periculis rem publicam usi erant, eo in immode dicam crudelitatis licentiam usus est.* Qui veterem lectionem comparauerit facile hanc nouam, ex alienis pariter ac suis rationibus contentam, illi praetulerit. Neque vero nec hic, nec alibi, quidquam in contextis est mutatum, nisi laudaris diligenter vel antiquis lectionibus, vel eruditorum, qui aliquo nomine essent, suspicionibus, vel denique omnium idonea ratione redditia. Qui in Velleio recensendo elaborarunt interpres, non omnes operae premium fecerunt. Horum enim numero sunt Schegkius, Popma, Gruterus, Boeclerus. Quorum hic dudum explosam ab eruditis perueritatem secutus est, Historicos politica ratione interpretandi. Alii praeclarare de Velleio meriti sunt ut Acidalius, Puteanus, Lipsius, Vossius. Acidalius quidem, inuentoris feruore ablatus, multa ausus est tentare, quorum causa ipsius conatus aliis displicerent; neque tamen dubitandum est, si ad maturitatem venire licuisse, meliorem praestantiorernque iis, a quibus contemneretur, futurum fuisse. Lipsius autem, tanta sagacitate in vitiis reprehendendis, tanta solertia in iisdem tollendis, vtebatur, ut, quae ad Velleium emaculandum con-

contulit, in quibus ipse semet vicisse videbatur Heinso, Critics studiosis, tanquam praeclarum huius artis exemplum debeant commendari. Heinso ipse hanc ei laudem tribuit in sua ad Velleium praefatione; Burmannus Heinso adiudicat principatum. At illi quidem alterius favoris alterius odium, in vero perspiciendo obfuit. Aequus rerum arbiter suum tribuerit cuique. Fuit Heinso in poetis latinis tractandis unus omnium felicissimus. In solutae orationis scriptoribus, Curtio, Tacito, aliis, haec eum felicitas destituit. Quin etiam quomodo poeticis consuetudo ab soluta oratione differat, non sat is intellectissime videatur. Alioquin, tot verba, tot formis poeticis Velleio et ceteris obtrudere non potuisset. Burmannus, acumine critico minus valebat, adeoque in eo scriptore recensendo, in quo, in summa variarum lectionum penuria, res omnis ad ingenii solertiam reddit, a priorum laudibus longius abest. De C. Velleii, (nam hoc praenominis vocandum potius quam P., idoneis argumentis demonstrari potest,) consilio partim, partim scribendi genere, contemtim nonnulli sentiunt. Adulandi studium, suscepit operis caussam, latinitatem parum bonam, accusant. Cuius opinionis, tum res parum pensata tum inscientia fons est. Breviori licebat via id assequi, nec tot per ambages et molitina arrepere opus erat. Si quid tamet in extremo opere, Tiberio ut placeret, scripsit, id aequo ferendum animo, aut respectu necessitatis illorum temporum mitius accusandum Careat, praescribere verbum pro ante referre, auctoritate; tamen nondum, ut opinamur, eiciendum prorsus, ut Editor fecit, praesertim leme occurrens It. 20. vbi si legatur prescrifsum, quod Ciceronianum est, et vel illi, ut perscripsi ad te antea, simillimum, nemo offenderit; praedicere vero, quod nonnulli carpunt, Iustini et Columellae locis facile defenditur. Quibus addatur alius Quintilianus X, 1. quem inter plures, sed alienos, assert Frid. Otto Menkenius, Observat. Lat. Ling. p. 774.

Theopompus his proximus, ut in historia praedictis minor, ita oratori magis similis. Rectius improbatur multis nenis frequentatum acutarum festuarumque sententiarum auctum, quod in solaram orationem dudum intulit Trogus Pompeius sive Iustinus, in ligamat Ouidius. Satius erat eo abstinuisse, et Sallustium, quem in esteris sequitur, hac quoque parte expressisse. Hunc enim unum, ut sibi persuaderet Ruhnkenius, imitandum suscepit: ab eo indolis humanae describendae exemplum petiit; eius aemulatione in verbis efficaciam, et in breuitate nervos, in tota denique orationis compage eam similitudinem accepit, quae a nemine adhuc animaduersa, nunc demum Editoris opera declaratur. Qui, si castigator Velleius sua cura prodeat, non tam ingenio suo id tribui vult, quam summae cum Sallustio familiaritati contractae, perpetuaeque Scriptoris virtusque comparationi. In quo plus quidem is studio suo, quam veritati dedisse, videtur. Ecce enim quaedam. Lib. II, c. 34. coniurationem — eripuit. Sic Edit, pr. At verissimo editor Basili. coniurationem — aperuit. Sallust. Catil. 40. eo praeſiūt coniurationem aperit: c. 70. Cursu ad eum tendentium. Sallust. Iug. 91. pedites cursu tendere ad Capsam iubet. Ex quo clarum est, Heinium, cursus legentem, non emendasse hunc locum, sed corrupisse. C. 77. qui haud absurdum — dixit. Ex Sallustio Catil. 25. ingenium eius haud absurdum. C. 79. consultisque facta coniungens. Imitatur, ut solet, notissima illa Sallustiana Catil. I. Nam et prius, quam incipias, consulto: et, ubi consulueris, mature factō opus est. c. 79. Sed anticipis fortuna temporis matura virtute correcta. Locutio, fortunam corrigerē, sumta est a Sallustio Iug. 94. Sic forte correcta a Marii temeritas. C. 82. fortuna-militavit. Lege: fortuna mutavit. Fortuna mutavit exquisite dicitur pro fortuna mutata est. Mutare passiva significatione dixit, Sallustium suum imitatus Iug. 38. Et tamen et Liuius, et alii sic dixerunt. c. 127. Nihil sibi vindicantem, coque adsequentem omnia.

omniꝝ. Manifesta iimitatio Sallustii Catil. 54. ita, quæ minus gloriam petebat, eo magis illam adsequebatur. Et sunt huius generis plura, in quibus similitudinem videmus, ce tam imitationis notam non reperimus. Ac illud imitationum persequendarum aucupium, interdum ad deuia eos agere, qui ei nimis indulgent, nuper nos in recensendo Cl. Iani Horatio monuisse meminimus. Sed referantur etiam alia, dodecane disputata, sed Velleio tamen minus profutura. Scriptores omnis generis, Poetae, Oratores, Historici, neglecta verborum variatione, iisdem interdum aliquoties vocibus vntuntur, quod Ven. Ernestus plurimis idoneorum auctorum testimoniosis, in Prolusione de *negligentia grata*, docuit, itemque e Batavis Io. Frid. Reizius, in *Apologia aduersi s criminaliores Anonymi etc.* p. 17. sqq. Cur ergo non dubitemus, an, cum l. c. 2. *Vita condita est* legatur, recte displiceat verbum condere, quamvis paucis versibus ter repetitum, et malit: *Vita constituta est*. Quod tanto magis ferendum est, quo saepius uno versu bis terue idem verbum iteratur. Ponantur quaedam, quae in promptu sunt. Livius 34, 56. ad quam diem L. Cornelius consul edixisset, et in quoniam locum edixisset Etruriae. 43, 8. id se tantum orare, ut in amicitiam Pop. Rom. reciperebatur, et si pax fieret exciperentur, ne in regiam petrificam reciperebatur. Cicero Verr. 4, 48. propter est spelunca quaedam — qua Ditem patrem forunt repente cum currū extitisse, abreptamque ex eo loco virginem secundū asportasse, et — penetrasse sub terras, lacumque in eo loca repente extitisse. Hinc inanis est dubitatio de repetitione vocis *vicio* Lib. II. 7. et irrita suspicio, quasi pro *Inimicitarum quaestia vicio legendum sit*, *inimicitarum quaestia relatio*. Nam *inimicitiias rotatas* dixisse veteres demonstrari potest; at *relationem* pro vindicta dixisse non item probatur. Hinc nec bis repetitiae vocis *reuvocata* 2, 89. nos poeniteat, missa emendatione *renouata*. Porro etiam qui breuitatem sequuntur in scribendo, Sallustius, Taeitus,

citus, et Velleius, sua subinde de lege et formula recedunt. Quo animaduerso, si qua paullo disertius posita sunt, vel quae attentus lector sponte intelligat, non illico pro glossinatis habebimus. Feramus ergo Velleiu[m] scripsisse 2, 23. *paternis*, ad e[st] *Ponticis finibus*, contentum esse iussit. Feramus etiam 2, 35. scripsisse: ille *Senatus dies*, quo haec s[ecundu]m sunt; quamquam ita breuius, salua sententia, dici potuisse concedimus. Sed adhuc alia videamus: 2, 39. *Ab eodem facta Numidia*. Legendum esse facta, cum praesertim paullo ante sit *infrafacta*, neget, qui cum Sigenio intelligat provincia, vel ex conferunt *stipendium*, malit *stipendiario*, vel denique *facta* accipiat pro acquisita, quo modo Graeci *κοινωνίαι* dicuntur. Sic exercitum facere, Sallust. fragm. *Histor.* VI. et Vellei. 2, 109. *populum Romanum* ipse fecit, Flor. I, 1. vid. Graevius Lect. Hefiod. Cap. 14. Cicero Mavil. 10. plures provincias confecit, quam alii concipiuerant. Prae iuste, vel iusta. *divisione praediorum*, I, 74. quodammodo languet *infusa* *divisione praediorum*. At iusta dici poterit, non quod iure facta sit, sed quod parib[us] et magnis portionibus. C. 78. *provincias*, quas magnis momentis *Labienus*, — — concusserat. Magna momenta sunt, ut arbitramur, res magni, momenti, graues motus et efficaces. Quod paullo melius, quam legere vel *emolumen-*
tis, vel *molimentis*. Nouum enim vtrumque, et inusitatum. Burmanni explicatione. *acquiescendum* c. 82. cum *redimitus hederis*, *coronaque velatus aurea*. Concedit Cel. Ruhnkenius; *redimitus hederis*, non de hederacea corona, sed de *redimiculo* accipi; querit autem, quis *vñquam corona velari* in prosa oratione pro coronari dixerit. Atqui multa Poetis sunt et solutas orationis scriptoribus communia, multa v. c. Tacitus cum Virgilio usurpauit, de quibus, quin recte dicantur, non dubitatur. *Velare autem est ambire, circum-*
dare, et omnino viuis coronisque aptum. *Crocota*, cui pa-

pu-

potat, non est opus. e. q̄. cum effet omni flagitorum scelerumque conscientia meritus. Facilem haec verba sententiam habent, nempe hanc, cum eum flagitorum scelerumque conscientia animus agitaret. *Mersus* i. e. obrucus. Multo impeditior, et menti scriptoris contraria est emendatio, quae propomitur; cum effet omnipotens flagitorum scelerumque sententia emersus. Cur enim in emerfis magis, quam mersus dicatur? Paene omiseramus L. II, c. 36. neminem rationem habuisse veteris lectionis: in suspecti operis sui carmine, quae potest hanc sententiam habere, ut carmen suspecti operis sit aliquid, quod suspectum reddit Poetam et eius mores, quod Catulliano carmine, de quo sermo est, mala de auctore suspecto prodidit. At c. 120. verba: praeculi facinoris auditor fuit Caldus Caelius, ad vetustatem familias suae dignissimus, ita sunt accipienda; Caldus Caelius praeculi facinoris auctor dignissimus fuit respectu vetustatis familiae suae. Primitiū hoc est, ut dignissimus referatur non ad vetustatem familias s: in quo peccauit Wopkenus, sed ad auctos. Plura reforre poteramus, adeo multa sunt, quae a Criticis, corumque primario, Cel. Ruhmkorff, sollicitantur, in quibus antiqui probare praefest. Scitis, elegantes, et aptae emendationes intercurrere. Graecorum etiam scriptorum tota p̄partiones, quanquam non frequentes, nam brevitate studiis efficiuntur, et correctiones, nōn dubitet, qui Ruhmkorffum, cuius laudibus recte fauere omissas, nōn revera. Certe, quae in opera Videlio praefixa, cum comminationem, tum cautionem habeant, tamen diuile videntur.

Vehementer autem optantes, ut quae bono leſsum dicitur nobis, non ita a quoquam accipiantur, quasi Editiois certioribus doctrinam aut famam sagittare voluerimus. In liberâ republica libera esse doctorum hominum suffragia oportet, finis scribitate tamen. Hoc tramite omni tempore incessimus, neque ab eo desistamus: impoterum.

cruentus MCDXCV. visaque beata virgo Maria in aere versus Budam descendere. Caput S. Pauli primi Eremitae diu aude a Budensibus exspectatum, Praga adfertur MDXXII. Diaeta Budae celebrata MDXXIII. fatalis exstirps Lutheranis, eodemque anno Simon Grynaeus, nouae religionis suspectus, conficitur in carceres; et quibus tamen, quamvis aegre, elabitur.

**REGES VNGARIAE MARIANI, EX ANTIQUIS
finis Diplomaticis, aliisque MSS. conscripti ab A. R. D.
JOANNE FRIDVALDSZKI de FRIDVALD, A. A.
L. L. et Philosophiae Doctore, apud Universitatem Claudio-
politanae Matheos Professore emerito, nunc per ill. Princeps
patum Transiluanias in Physicis Experimentatore, Presbytero
saeculari.**

Viennae, typis Ioannis Thomae Neb. de Tratthern, Sacr.
Caef. Reg. Aulae Typogr. et Bibliop.
MDCCLXV.

Non sunt hi Reges auctoritate virginis Marias constituti, sed gratia Dei, quamvis Hungaria suam Dominam veneratur Deiparam, Deumque etiam Dominum suum dicat; neque inter Politicos concientiat de Canone a beata virgine, Domina Hungariae, in recognitionem dominii directe Domino Deo directo soluendo. Sunt ergo Mariani Reges, qui vel erigendis, vel dotandis etiam templis, monasteriis, et Abbatis, non tam Dei, quam virginis Mariæ cultum promouere, proprio exemplo studerent, quorum sat magnorum

mij

numerum nobilissimus scriptor, a S. Stephano Protorege colligendo ad Lud. II. tempora usque, condidit. Erat autem nonnullorum Regum pictas, qua sece factis votis in honore virginis adstrinxerant, tam insolens, tamque onerosa, ut et rerum publicarum administrationem plurimique negligenter, ac neceps effet, tantorum votorum petere veniam a Pontifice Romano. Cuius rei illustre exemplum in Carolo est, cuius petitioni Pontifex annuit, datis ad eum litteris, quarum apud auctorem tale exemplar habetur: „Paternae charitatis affectu, quo Tuæ Celstitudinis Personam zelamus in Domino nostro Iesu Christo, prospere Tui Statutis diligentes augmentum; Tuique Regni tranquillitatem affiduam affectantes, petitiones Thas, quas ex intentionis deuotae puritate prodire perpendimus, libenter audiuimus, et fauorabiliter exaudiuimus. Sane, sicuti exposita nobis tuarum litterarum series indicavit, Tu iam dudum tempore, quo in puerili quasi constitutus aetate, cum ad Regnum Vngariae, quod Magnates ipsius tunc a recto deuii iniuste inter se diuiserant, et tenebant, ductus fuisses, conspiciens, Te in recuperatione dicti Regni, et eius regimine assequendo, auxilii diuini succursu, eiusque suffragante gratia, indigere, tum ob hoc, tum etiam ut ipolorum Magnatum, tunc temporis tibi parere non curantium, assentias et insidias sine tuo periculo personali evadere possis, diuersis temporibus et vierbis, Deo viuo et vero, et beatissimae virginis Mariae, genitrici suae, ipsiusque sanctis, vota emisisti deuota, de dicendis oratione dominica, et angelica salutatione ad dictam virginem, ac legendō Antiphonam salve Reginam; quae quidem oratio et salutatio certis diebus ad centenum, et quibusdam alijs familiiter diebus ad ducentesimum iam numeros peruenierunt, certis etiam lectionibus de eadem antiphona adjunxit eisdem: unde cum ex repetitione frequenti, seu quotidiana orationis, salutationis, lectionis antiphonae, aliarumque lectionum praefatarum instantia, in consilio et negociis

ciundem magni, et terrarum Tuarum; et alias in eorum regimine, atque iustitia ministranda, impediari multipliciter, ac etiam occuperis, nobis devote, et humiliter supplicasti, ut vota huiusmodi commutare. Teque super eis alleuiare iuxta circumspectionis Apostolicae prouidentiam dignaremur. Quamuis igitur feruentibus studiis amplectamur opera pietatis, ea tamen, cum sunt nimium onerosa, de ratione et ex potestate nobis coelitus elargita, in alia etiam pia impenitentia possimus commutare. Quare Tuis deuotis supplicationibus inclinati, frequentiam, et quotidianam instanciam huiusmodi orationum, et salutationum praefatarum, ditis diebus ad quindenum numerum restringimus, et etiam limitamus, et ab anteriori et numerosiori earum obsequio diurno, vel nocturno, auctoritate Apostolica Te absoluimus, Te que super hoc dispensamus de gratia speciali. Volumus autem, ut illis diebus, quibus Te per votum obligasti ad dicendum orationes, et salutationes, vitra quinquagesimum numerum, duodecim pauperes, praeter illos quos comunitate confueisti benigne reficere, pie pascere, seu illis reflectionem diuinas pietati atnabilem impendere tenearis. — Datum Aueniæ XVI. Kal. Febr. Anno V.

Opus vero hoc suum Marianum auctor sequens apud phonemate claudit: „atque haec Vngarorum Dominæ honoribus dicata sunt. Lubens successorum etiam regum MARIANOS amores, cum licuerit, scribam. Quisquis Vngarus audire amat, aut MARIANVS sit, aut si Dominam suam amare renuit, Vngarum exuat.“

Si haec talia scripsisset Fridvalszkius Saeculis barbaris erat sine dubio magnam gratiam initurus: sed nostris temporibus scimus, ridebitur non a suis modo, qui ultra milie, rani plebeculam sapiunt, sed maxime etiam a nobis, qui honarum litterarum studiis avocamur ab opinionibus nisi omnibus, quae ridiculos homines faciunt.

NO-

NOVA LITTERARIA.

Quam bono litterarum, atque ornamento Academias
Lipsiensis, litterariam Societatem anno MDCCCLXXIV.
fundauerat et genere et doctrina inclatus S. R. I. Princeps Lublanoicus, Palatinus Nouogrodensis, rel. eius funda-
tionis litteras, a Serenissimo Electore nostro confirmatas.
Lectoribus nostris preponimus, non solum ut memoriam
Celsissimi Principis, qui inter Musas nostras consenuit et e-
stic discessit, ad omnem quae futura est posteritatem trans-
mittatur; sed etiam ut litterarum Mecenates illustre hoc
exemplum intueantur; viri denique doctrina conspicui or-
nent Societatem commentationibus, quibus præmia quo-
taannis decernet Societas.

JOSEPHVS ALEXANDER, de Dacibus Prusso-Vi-
et Wielicz, FABLOWSKI, Princeps Sacri Romani
Imperii; in Iablonow et Lachowce, Comes in Lisianka et
Zawadow, Liber Baro in Podhorce, Haeres in Iablonow
ad Chronum, Starzydworze, Hirablow et Czarnolas, Pa-
latinus et Generalis Terrarum Nouogrodenium, Eques
porquoque et Commendator Ordinis Sancti Spiritus, Ar-
changelis Michaelis, denique Huberti, Academiarum in-
tellicitorum scientiarum et humaniorum Literarum, Lutetiae
Parifiorum Florentissae, aequae ac Areatione, Recuperatorum,
Instituicque Bononiensis Collega, Wolpensis, Onyxtenis,
Dzwinegrodensis, Zagostenis etc. Capitanus, Dubnen-
sis,

sis; Krasnensis et Debesdauieafis Tenutor. Nullum sane dubium est, ad incrementa Literarum nihil magis conferre, quam si, qui bene de iis meriti sunt, et honoris stimulo excitantur, et dignis exornantur praemii. His etenim virtus, et si nullius indiga mercedis, magis tamen excitari, aliquaque, ut eadem conlectari admittantur, exemplo esse solet. Virtus vero frigide duntaxat laudata, nec villo vnguam compensata practio, saepius, ut aiunt, algere videtur. Idcirco Reges omnesque Principes, quibus Literaturam incrementa cordi fuerunt, doctos viros praemis allici, imprimisque eos ornari iusserunt; qui arcana naturae, aeternasque eius leges, Oeconomiam, Commercia, rem nauticam, et praelortim Historiam, diligentius illustrarent, ac scite recteque explicarent. Hoc apprime modo res populis utilissimae sunt repertae, et nunc reperiuntur. Hac liberalitate, ad veritatem penitus indagandam cognoscendamque via aperta est.

Quam vtile, quam honestum bona literis foret, si iisdem praemis, quibus Italia, Gallia, Anglia, Hispania, et pars Germaniae, instauratores Literarum ornauit, omnium terrarum praeclara ingenia ad maiora audenda excitarentur. Qua opinione ducti etiam Nos, non solum antiquitatum et historiarum praeclarissima monumenta, tibris a Nobis malta industria et solertia scriptis, et indeince scribendis illustrare, aliosque viros doctos et literatos priusquam ad scribendum excitare, sed etiam praemis publico proponendis, (quae quo sunt maiara, eo actius animos ingendust,) disciplinatum et literarum, quibus a tenoris degredi fuitus, amorem exticare, augere, et inflammar decreuimus.

Quod

Quod ut rectius, et in ordine fiat, hoc ipso Diplomate fundamus et instituimus virorum doctorum Societatem, a nomine Nostro Iablonouianam dicendam, ea quidem lege, ut quotannis trium virorum doctorum super quaestionibus propositis dissertationes, singulae, numismata ex auro puto puroque conflat, ac pondere AVREOS vel DVCATOS VIGINTI quatuor aequante, ornentur. Qua ratione speramus melius incitari posse ingenia opibus destituta, quam praemiolo trium librarum in Universitate Parisiensi solemni. Quis enim nescit, hoc ipsum literarum studium sumptuosum, opibus saepe destitutum, et opulentium liberalitate ac consulis sustentandum esse? Praeter haec tria numismata, viris doctis more infra definiendo distribuenda, TRIGINTA AVREORVM annuam pensionem Secretario Societatis nostrae Iablonouiana, in perpetui laboris remunerationem, assignamus, et eadem fide addicimus, qua viris doctis supra dicta praemia. Totum vero institutum, iuuandis artibus destinatum, sacrum, inviolabile, aeternum esse, hac donatione et hoc Diplomate iubemus. Ut vero omni ratione Fundationis Nostrae commodis et securitati prouideatur, nihil Nobis turius vatum est, quam ut Summam DVCATORVM MILLIVM, SEXCENTORVM QVINQUAGINTA TRIVM AVREORVM seu DVCATORVM, optimi ponderis, censu annuo, quinorum ex centenis, (vulgo per quinque interesse,) hoc est centum triginta DVOS AVREOS, duos Thaleros Imperiales, et grossos tredecim, quotannis ferentem, in aetario Ciuitatis Gedanensis, et super eius bonis, pro praesenti tempore locaremus, ex qua Summa SEPTVAGINTA DVO AVREI puri, in tria numismata praemis destinata, TRIGINTA AVREI in remunerationem Secretarii, reliqui TRIGINTA AVREI, Imperiales duo, Grossi tredecim ex supra dicto foenore centum triginta duorum aureorum,

M

Tha-

Thalerorum duorum et grossorum tredecim, residui, in dissertationes luce publica dignas, typisque describendas impendendi, quoniam tanti, hoc est NONAGINTA THALERIS Imperialibus, annuam impressionem dissertationum constare, experientia Nos docuit. Quae ratio, ut nunquam fallere possit, Nobis chirographo aut Instrumento a Gedanensisibus publice cautum est, quo pollicentur, se, impetrata SERENISSIMI ELECTORIS SAXONICI venia, septuaginta duos Aureos, cedendis nummis destinatos, quotannis Dresdam, iis, qui rei monetariae praefecti sunt, ultro esse missuros, triginta vero Aureos Secretario, ut supra dictum est, quotannis, die Februario quarta, natalitiis nostris, sine mora tradituros.

Vnum Nobis addendum visum est; neque Nos, neque Successores Nostros, si forte, (quod Deus auertat,) haec sors publice deposita aut omnino pereat, aut casu quodam imminuat, ad resarcendam illam, vel restituendam, villa ratione fore obligatos.

Numismata Dresdae excudenda, nunc perpetuo Societatis Praesidi, ex Corpore Academico, olim alii, qui ex sententia Societatis ipsi (quod sero fiat) successurus est, traxenda et committenda sunt.

Nos vero, qui hoc Institutum fundauimus, et instaurauimus, Maiorem natu Senioremque e Nomine, Familia, et Stemmate Domus Nostrae, perpetuum Praesidem designamus, cumque rogamus, ut vim et auctoritatem Nostrae Fundationis diligentissima cura tueri et sustentare nunquam desinat.

Aut is, aut si quis alius ex Serenissima Gente Nostra Jablonouia, Lipsiae commorabitur, decernendis et distribuendis

MENSIS FEBRUARIUS A. MDCCCLXXVI. 91

eadis praemissis, omnique Solemnitati, in memoriam Nomini
nis Nostri, praeceperit.

Sin vero nemo ex Gente Jablonouia adfuerit, aut per-
petuus Societatis Praeses, summe venerandus Ernesti, aut
ei ex Corpore Academico post innumeros annos, (si quid
preces Nostrae valent,) destinandus Successor, munus abscentis
implete, et pleno eius iure vtatur.

Deinde vero cum quaestionum proponendarum, et
Dissertationum ornandarum iudicium, viris doctis et litera-
tis committendum sit, volumus et decernimus, ut olim
Professores Historiarum, Mathematum, Physices, et unus
ex iis qui literas humaniores publice docent, Poëseos,
Eloquentiae, aut Graecarum literarum Professor, adiun-
ctis, praescente Rectore, ex suffragiis Societatis, quinque
aliis viris doctis, aut Professoribus, hoc officium iudicandi
suscipiant, iisque semper, honoris causa, aliquis ex Natione
Polonica intersit.

Pro praesenti vero tempore, quoad viuent, eos per-
petuos Iudices constituimus, qui huc usque sub Nostris
auspicis Brabeutae fuerunt, nempe Praesidem Reuerendum
Dominum Ernestum, Doctorem Theologie et Professo-
rem Publicum ordinarium: Iudices autem, Perillustrem
Dominum Bornium, Cancellarium Wurzensem, Perillu-
strem et summe reuerendum Hommelium, Facultatis Iu-
ridicæ Ordinarium, Perillustrem Dominum Segerum, Af-
fensem Curiae Prouincialis, Perillustrem Dominum Belium,
Consiliarium Aulæ, Illustrum Dominum Frankium,
Morum et Politices Professorem, celeberrimum Bortzium,
Matheseos Professorem publicum ordinarium, atque Illu-
strem Clodium, Professorem Philosophiae ordinarium, et

M 2 actua-

Thalerorum duorum et grossorum tredecim, residui, in dissertationes luce publica dignas, typisque describendas impendi, quoniam tanti, hoc est NONAGINTA THALERIS Imperialibus, annuam impressionem dissertationum constare, experientia Nos docuit. Quae ratio, ut nunquam fallere possit, Nobis chirographo aut Instrumento a Gedanenibus publice caustum est, quo pollicentur, se, impetrata S E R E N I S S I M I E L E C T O R I S S A X O N I C I venia, septuaginta duos Aureos, cunctis nummis destinatos, quotannis Dresden, iis, qui rei monetariae praefecti sunt, vitro esse missuros, triginta vero Aureos Secretario, ut supra dictum est, quotannis, die Februarii quarta, natalitiis nostris, sine mora tradituros.

Vnum Nobis addendum vixum est; neque Nos, neque Successores Nostris, si forte, (quod Deus auertat,) haec sors publice deposita aut omnino pereat, aut casu quodam immineat, ad resarcendam illam, vel restituendam, via ratione fore obligatos.

Numismata Dresdae excudenda, nunc perpetuo Societatis Praesidi, ex Corpore Academico, olim alii; qui ex fententia Societatis ipsi (quod sero fiat) successurus est, tradenda et committenda sunt.

Nos vero, qui hoc Institutum fundauimus, et instaurauimus, Maiorem natu Senioremque e Nomine, Familia, et Stemmate Domus Nostrae, perpetuum Praesidem designamus, cumque rogamus, ut vim et auctoritatem Nostrae Fundationis diligentissima cura tueri et sustentare nunquam desinat.

Aut is, aut si quis alius ex Serenissima Gente Nostra Jablonouia, Lipsiae commorabitur, decernendis et distribuendis

MENSIS FEBRUARIUS A. MDCCCLXXVI. 91

enitatis praemissis, omnique Solemnitati, in memoriam Nomini Nostri, praeerit.

Sin vero nemo ex Gente Jablonouia adfuerit, aut perpetuus Societatis Praeses, summe venerandus Ernesti, aut ei ex Corpore Academico post innumeros annos, (si quid preces Nostrae valent,) destinandus Successor, munus absentis impleat, et pleno eius iure vtatur.

Deinde vero cum quaestionum proponendarum, et Dissertationum ornandarum iudicium, viris doctis et literatis committendum sit, volumus et decernimus, ut olim Professores Historiarum, Mathematum, Physicorum, et unus ex iis qui literas humaniores publice docent, Poëseos, Eloquentiae, aut Graecarum literarum Professor, adiunctis, praesciente Rector, ex suffragiis Societatis, quinque aliis viris doctis, aut Professoribus, hoc officium iudicandi suscipiant, iisque semper, honoris causa, aliquis ex Natione Polonica intersit.

Pro praesenti vero tempore, quoad viuent, eos perpetuos Iudices constituimus, qui huc usque sub Nostris, auspiciis Brabeutae fuerunt, nempe Praefidem Reuerendum Dominum Ernestum, Doctorem Theologie et Professorum Publicum ordinarium: Iudices autem, Perillustrem Dominum Bornium, Cancellarium Wurzensem, Perillustrem et summe reuerendum Hommelium, Facultatis Iuridicae Ordinarium, Perillustrem Dominum Segerum, Assesorem Curiae Prouincialis, Perillustrem Dominum Belium, Consiliarium Aulae, Illustrem Dominum Frankium, Morum et Politices Professorem, celeberrimum Bortzium, Matheeos Professorem publicum ordinarium, atque Illustrem Clodium, Professorem Philosophiae ordinarium, et

actualem Secretarium eiusdem Societatis. Post sera autem horum fata nouos Iudices Nostra Societas eligit.

Ceterum, Nos auctor huius Instituti et Fundator, pro ea quae Nobis competit eligendi voluntate et libertate, decernimus et statuimus, Professorem Clodium Secretarium ad dies vitae eius perpetuum esse debere, et demum post eius mortem nouum Secretarium, quolibet anno, ex membris Societatis Iablonouianae esse diligendum.

Munia Secretarii haec erunt. Ex consilio Iudicium proponere quaestiones, Ephemeridibus eas publicis, Gallico, Germanico, et Latino sermone conscriptis, nota facere, viorum doctorum dissertationes recipere, Collegis Iudicibus examinandas tradere, et prout inter eos conuenerit, de die Concilii seu Sessionis missas ad singulos Schedas colligere, et in ipsa solemnitate Praesidi ac Iudicibus tradere. Iudices vero, cum virorum doctorum lucubrationes priuatim perlegerint, easdem, si tempus permiserit, etiam publice in confessu legant, vel saltem argumenta fideliter referant, remotis arbitris, suffragiis secretis, ex eorumque maiore numero, cui praemium sit tribuendum, decernant.

Ad eundem Societatis Nostrae Iablonouianae Secretarium pertinebit, asseruare Societatis Sigillum, quod tale erit, qualis est Character formae numismatuya.

Insuper iubetur idem Secretarius Iudices praemonere, ut memoria Principis Fundatoris, scilicet Nostra, publica oratione quotannis recolatur, id quod volumus exemplo summorum in Gallia virorum, Richelii et Colberti, qui beneficiorum suorum in literas memoriam, oratione publica quotannis renouari et celebrari instituerunt.

An-

Annum confessum in Oeo, seu Praetorio Domus Nostrae Principalis Iablonouianae, Lipsiae hic existentis, semper habendum, auspicabitur Praefectus Oratione, quae ad propositas quaestiones referatur; finietur autem idem confessus oratione, in qua mentionem Nostri amoris erga literas optimasque disciplinas omittit nolumus.

Sessione iam finita, in iisdem aedibus nostris Iablonouianis, prandium, in perpetuum tempus fundatum, ab Oeconomiae Administratore praestabilitur, ad cuius sumptus omnes, etiam in vinum impendendos, pro quo quis conuiua pummus aureus, ideoque pro sedecim conuiuis summa quadraginta quinque Imperialium et Grossorum octo est constituta. Rationibus prandii istius sumptuum ad Praesidem relatis, ab eo de Summa ista apocham accipiet Administrator; quam, si minus laete, lucri spe ductus, epulum parauerit et exhibuerit, a Praefide non obtinebit. Nam vero, quibus praemia adiudicata erunt, eis illa sine mora sunt transmittenda, simulque eorum in Nouellis publicis mentio facienda. Thematata semper die Martii decima nona, nec unquam tardius, proponenda sunt, ut dato fere octo mensium spatio, ante sequentem mensim Nouembrem, dissertationes a viris doctis confici, et ad Secretarium transmitti possint, cuius nominen, quo sciri possit cui sint transmittenda, Ephemeridibus quotannis declarandum est, eritque. Menses Nouember, December, et Ianuarius, ad examinandas lucubraciones facile sufficient, ita ut semper praedita quarta Februarii die, Natalitio Nostro, praemia distribui possint.

Quod tandem ad ipsas quaestiones attinet proponendas, triplicis erunt generis. Ea, cui primum praemium destinatum est, eligenda ex interiore historia Poloniae vi-

M 3 de:

detur. Ut iam a Nobis, haec studia dirigentibus, auspicato feliciterque coeptum est, praesertim vero ea ex parte historiae paternae, quae leges, libertates, et antiqua Reipublicae iura spectat, cum vero etiam alia obscuriora et dubia monumenta, quae sapientum hominum cognitione digna sunt, ad illustrandum proponenda. Cum autem facile praevideri possit, post aliquod temporis spatium exhaustum fore id argumenti, licebit etiam ex vniuersa historia populorum cis Danubium, verbo Septentrionalium, sumere problemata, ita tamen, ut nihil contrarii scriptis per quinquennium a Nobis propositis et impressis in medium proferatur.

Pro altero praemio, ex Mathesi et Physica sumendae sunt quaestiones, ita ut primo anno problema detur ex ipsa Mathesi, altero ex Physica, tertio ex Mechanica, quarto tandem ex Hydraulicâ.

Pro tertio demum praemio, quod Oeconomiae in Saxonia dedicatum est, primo anno de Agricultura, altero de Commerciis, tertio anno de vulgo dictis Manufacturis Fabricisque, quarto de Plantatione, quaestio erit proponenda. Dissertationes de primo secundoque praemio certaræ, Latino solum; eae vero, quae ad Oeconomiam spectant, Latino vel Gallico sermone scriptæ esse debent.

Cum iustum volumen ex Dissertationibus, quarum auctores praemia obtinuerunt, confici poterit, Secretarius operam dabit, ut in Typographia aliqua exscribantur typis, et quinquaginta numero exemplaria in Poloniam, ad Cancelarios Regni, Magnique Ducatus Lithuaniae, mittantur. Volumus enim Patriae Nobis carissimæ in perpetuum utilles esse:

Opti-

Optimo huic Instituto adiungimus tandem donationem Effigie nostrae, in aere ad signandos nummos prae-miorum expressae, triumque formarum ad alteram numis-matum partem ortiandam. Si signa harum formarum tem-poris iniuriam aliquam passa fuerint, constitutum esto a Nobis, vt eo anno, ob sumtus in reparationem formae corruptae aut perdite erogandos, vnum vel duo praemia retineantur, et parandis nouis formis impendantur, ne vir-quam Imago Fundatoris, scilicet Nostra, pereat.


Quodsi vero hisce omnibus, a Nobis Fundatore tam utilis, tamque salutaris scientiis et literis humanioribus In-stituti, ipisque inclytæ Academiae Lipsiensi perquam glo-riosi et honorifici, propositis acceptisque conditionibus haud satisfactum, aliquid neglectum fuerit, ius inte-grum Nobis retinemus et conseruamus, foundationem ipsam, ex auctoritate SERENISSIMI ELECTORIS, tanquam Summi huius literariae Societatis Jablonouianæ Protectoris, abolendi, tollendi, aliisque membris electis suffectisque aliorum transferendi, ita vt mens nostra adimpleri possit. Quemadmodum Nobis et Successoribus Nostris masculis, lineae directæ, post eosque ex collateribus e Gente Nostra descendentibus, quorum defectu Foemellæ maiori natu, regendi et curandi hancce Societatem, a Nobis Dei O. M. auxilio fundatam et erectam, iam supra ius reseru-umus, et retinuimus, et hoc loco Nobis, Successoribus que praedictis retinere et reseruare Nos declaramus. Da-bamus Lipsiae, d. IX. Nouembris MDCCLXXIV.

(L. S.) I. A. DE PRVSSO VINDIS IABLONOVIVS.

De

De Actis Societatis, deque dissertationibus praemio
ornatis, quae sunt aliquot Voluminibus quarta forma hic
Lipsiae editae, dicemus in his nostris Commentariis alio
tempore.





NOVA ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsiae

Calendis Martii Anno MDCCCLXXVI.

THOMAE BVGGE, ASTRONOM. ET MATHES.

Prof. Publ. Ord. rel. de Mappis curvas declinationum magnetarum exhibentibus, Dissertatio.

Venustioris aevi philosophis, Sophocli, Platoni, Aristoteeli, haud incognita fuit vis magnetis ferrum attrahendi. Thales Milesius hunc effectum explicatus, magnitudinem animam tribuere non dubitauit. Hac magneticis visi admirationem rapuit Plinium: Quid, inquit, ferri durissus magnacius? Sed credit et patitur mores: trahitur namque a magne lapide, domitrixque illa rerum omnium materia ad inane negligio quid excurrit; atque ut proprius venit, afficit trueturque et complexu hasret. Quis non videt, attractionem magnetam a Plinio explicari per horrorem vacui Aristotelicum? Longum interiacet temporis intervallum, denec detectum fuis, quod ferrum tempe et oblongum, ac magnete affictum,

N petat

petat plagam horizontis septentrionalis yna, ac meridionalis altera extremitate. Exinde deriuatur inuentio pyxidis nauticae, vel Compasti maritimi: hic ante annum 1180 post Christum natum iam innotuit; nam tunc temporis vixi scriptaque poeta Gallus, Guyot, (in urbe Provins, in Gallia natus,) qui Compassum haud obscure sub nomine *Marinette* ita descripsit:

Icole Etoille ne se mue

Un Art font, qui mentir n'e peut;

Par vertu de la Marinette

Une pierre laide & noirette

On li fer volontiers se joint.

Alii inventionis gloriam tribuerunt Paulo Veneto circa annum 1260. Alii iterum eam conferunt Iohanni Goyae, ex urbe Amalphi in regno Neapolitano, anno 1300, unde tritus iste versiculus:

Prima dedit nautis usum magnetis Amalphis.

De magneticæ acus declinatione, vel variatione, uti loquuntur Angli, qua versus boream non prorsus accurate dirigitur, sed versus plagam orientalem vel occidentalem flectitur, Theuenot in itinerario commemorat, sese vidisse epistolam anno 1269. conscriptam a Petro Afiger, in qua refert, declinationem a vero septentrione recessisse quinque gradus, licet locum observationis non nominet.

Vt refert Iohannes Baptista Ramusius, in collectione itinerum Italicorum, videtur Sebastianus Cabot, Venetus, circa annum 1260. primus perspexisse, declinationem esse proprietatem magnetis constantem. Inuenimus, procedente tempore, declinationem obseruatam fuisse Parisiis 8° versus orientem anno 1550; $11^{\circ} 30'$ anno 1580; $8^{\circ} 0'$ anno 1610; $3^{\circ} 0'$ anno 1640; et anno 1666. prorsus null.

nullam; a quo tempore, usque ad hodiernum diem, continuo versus occasum increvit declinatio. Angli quoque his observationibus laudabilem et proficuum dederunt operam. *Robertus Norman* anno 1580. prope Londinum inuenit declinationem orientalem 11° 50'. Celebris *Eduardus Wright*, quem primum hydrographiae accuratioris statorem iure nominatus, circa annum 1589. dedit tabulam declinationum, quas ipse in continenti et mari obseruauit; priusque pro certo demonstravit, variam esse declinationem in variis locis, eamque in dirigendo nauigiorum cursu non esse negligendam. Inclinationem acus magneticae, qua, licet ante affrictum acus aequilibrata fuerit, postea tanien extremitas una deprimitur, alteraque eleuatur, quoque detexit; de hac autem proprietate *Henricus Gellibrand* anno 1625. enodatus est locutus. Circa haec tempora inuenimus iacta fuisse prima fundamenta hypotheseos, qua globo terraquo tribuuntur poli magnetici, meridiani magnetici, et axes magnetici, a *Wilhelmo Naute*, *Gallo*, et *Antonio Linton*, Anglo; licet in chartis maritimis hoc aeuo confectis non reperiantur Curvae declinationem determinantes, quam solum numeris adscriptis indicauerunt.

Anno 1676. solertissimus Anglorum Astronomus, *Edmundus Halley*, (tunc solummodo viginti annos natus,) iter astronomicum et hydrographicum suscepit ad insulam Sanctae Helenae; vbi praeter alias obseruationes astronomicas confecit celebratissimum suum stellarum australium catalogum, quem postea anno 1679. publici iuris fecit. Ex compluriniis in hoc itinere factis obseruationibus, ingeniosissimus Halley condidit theoriam declinationis acus magneticae. Determinauit in superficie terrae tres lineas curvas, declinationis expertes, iisque tribuit motum periodicum circa polos terrae, quam theoriam communicauit cum eruditis in Transactionibus philosophicis anni 1683. Regia et publica suffultus munificentia, anno 1698. nautis utilissimum in-

sentiam viserius perfectit, dum pernauigant Oceanum Atlanticum usque ad latitudinem australis 52 graduum. Tandem anno 1700. primus omnium delineauit mappam, monstrantem Curas declinationum magneticarum aequilibrium, per Oceanum Atlanticum et Indicum, per mare Aethiopicum et Pacificum, quae mappa 13 annorum assiduo studio, innumerisque experientiis et obseruacionibus fuit superstructa. Eam descripsit in projectione Wrightiana, ac in tali scala, ut decem gradus longitudinis paululum superarent pollicem Anglicum. Vidimus quoque mappam declinationum ad annum 1700. determinatam, Amstelodamis sub Hallei nomine impressam, ac ita delineatam, ut decem gradus longitudinis exacte aequales sint vni pollici cum quarta parte.

Ad annum 1744. *Mountain* et *Dodson* duxerunt Curas declinationem, iuxta methodum Wrightianam projectas, ac quoad oras maritimas et scalam congruas mappam Halieanae. Aliam demique declinationum mappam, ad annum 1756. computatam, in ceteris vero priori similem, scripsi incidi curauerunt praedicti *Mountain* et *Dodson*. Eorum exempla Parisis imitatus est Dom. *Bellin*, qui mapam declinationum ad annum 1765. traductam edidit, scala paululum minori adhibita. In actis Academiae scientiarum Berolinensis ad annos 1757. celeberrimus *Euler* edidit mappam declinationum magneticarum, simulque explicauit hypothesis haud incongruam, qua declinationes calculo definiti possunt. Interea temporis, per spatium viginti annorum, complurimas factas sunt obseruationes accuriores. Inter has eminent quae ab Anglis, Byron, Carteret, Cook, tellurem circumianigantibus, factae sunt. Obseruationes in Oceano factas reperies esumeratas in Transactionibus philosophicis et Actis Stokholmiensibus; ubi mappam declinationum anno 1768. dedit Cl. *Wilke*. Obseruationes in continente institutas invenies in Ephemeridi-

ridibus Berolinensibus anni 1779. breviter commemoratas a Dom. Lambert, qui mappam ad annum 1770. instructans addidit. His addi potest Dom. Monnier, qui dissertationem confiispsit de declinationes magnetis ex nouissimis observationibus anno 1776.

Celebris Anglus, Samuel Dunn, qui Londini priuatam scholam mathematicam crevit, anno 1776. cum publico comunicauit *Atlantem magneticaum*, cui titulus: *a New Atlas of Variations of the Magnetic Needle for the Atlantic, Ethiopic, and Indian Oceans; drawn from a Theory of the magnetic system, discovered and applied to Navigation by the Author, agreeing with the most accurate astronomical and magnetical Observations of the Commanders and Officers of Ships in the Service of the East-India-Company, the whole designed for facilitating Navigation to and from the East-Indies and for determining the longitude throughout the principal Parts of those Oceans within a Degree or fifty Miles; by Samuel Dunn. London 1776.* Prepositum autoris ex verboso titula latius apparet. Mappas has, ad determinandam longitudinem intra unum gradum, vix adhibebit cautus nauita. Eas ergo soluzimodo considerabimur, exhibentes Curvas declinationum. Continet hic liber primo duas mappas generales in proiectione Wrigthiana vel Mercatoris descriptas; prima exhibet declinationes anno 1770, altera anno 1880.

Sequuntur sex specialiores mappaes, exhibentes *Curvas declinationum ad annum 1776*; prima pro Oceano Atlantico, altera pro Oceano Atlantico et Aethiopicis et astrali, tercia est continuatio secundae, quarta et quinta pertinente ad mare Indicum, sexta exhibet declinationes ad oceas Purificas, Malabaricas, et Siamicas.

Has mappas declinationum speciales singulari methodo proiecit. Gradus latitudinis vbiique sunt aequales, et exhibentur lineis rectis parallelis; quilibet gradus eam habet magnitudinem, ut latitudo loci intra errorem sextae partis vnius gradus possit commensurari. Gradus longitudinum indicantur lineis rectis, quarum distantiae prope aequaliter in aequantur gradibus latitudinum, sed versus polum vtrumque conuergunt, eadem fere lege, qua Meridiani in globo ad se inuicem accedunt. Hac constructione ele- gantiori et magis regulari, curvatura exhibet lineas aequalium declinationum.

Clarissimus S. Dunn adseuerat, sese inuenisse theoriam, cuius ope, ex datis tribus vel quatuor obseruationibus proprie oras maritimas, per totum Oceanum potest describere Curuas, easdem acus magneticae declinationes monstrantes. Refert porro, has Curuas confirmari obseruationibus factis ab experientissimis nautis Societatis Anglicae in India orientali mercaturam exercentis, qui bonis instruerti instrumentis, longitudines methodo lunari determinarunt; adeo ut videantur hae mappae haud tenui autoritate esse sufflatae. Quo verò eas cum mappa D. Halles et Lamberti exactius comparare possemus, vtramque in unam contraximus, et lineas Dunnianas in mappa D. Lambert delineauimus. Quo facto apparuit:

1) Lineam declinationis expertem Domini Dunn, ab oris Americae septentrionalis usque ad 10° latitudinis australis et $14\frac{1}{2}$ longitudinis occidentalis ab insula Ferri esse orientalem linea Lambertina. Deinde flebitur paulatim ad occidentem. Sub latitudine australi fere 30° linea Dunniana iterum secat Lambertinam, et ad orientem vergit; adeo ut sub latitudine 40° et longitudine orientali 4 fere graduum, declinatio nulla sit iuxta Dominum Dunn; mappa

mappa vero Lambertina nullam monstrat declinationem sub eadem latitudine et longitudine occidentali $2\frac{1}{2}^{\circ}$.

2) Reliquae Curuae declinationum in Oceano Atlantico necessario differunt. Sic exempli gratia, in intersectione aequatoris et primi Meridiani per insulam Ferri ducti, declinatio est iuxta Dunn $= 9^{\circ} 30'$; et iuxta Lambert $= 7^{\circ}$, versus occidentem. Circa Guineam, sub Aequatore et longitudine orientali 26° declinatio iuxta Dunn est $= 18^{\circ}$, et iuxta Lambert $= 15^{\circ}$. Circa oras terrae Magellanicae et Paraguay declinatio Dunniana maior est Lambertina, circa circiter 2° .

In confinio promontorii *Lizard* non modo declinatio Dunniana minor est circiter 3° , sed ipsa linea declinationis multo minorem habet curuedinem, et longe diuersam directionem.

hoc unum egerint, ut auctor suus iudicrio camillatoribus fieret, ut cloaca nugarum, vortex barbariei, et insaniae videretur. Nec sane negandum est, multos interpretes in expediendis huius libri difficultatibus haesisse, quod tamen non tam incitiae linguae Arabicæ, cuius dialecti ope etiam multi veterum, sine illa vero iactantia, vñi sunt, quam potius antiquitati libri, eiusque scribendi generi, formae orationis dialogicae, carminis rationi incognitae, aliisque fortassis causis tribuendum esse videtur. A Capite III, v. 3. ad cap. XLII, 6. metricam esse orationem, ex sententia Hieronymi Praefat. in Iobum, hexametris versibus constantem, et veteres, et recentiores cum Iudaëi, tum Christiani consentiantur. Quum perinulta Arabicæ linguae vestigia in libro lobi reperiuntur, adeo ut sint qui vel Iobum ipsum, vel quendam amicorum, fata sua Arabicis literis tradidisse fideli persuadent; b. Reiske hoc sibi agendum putauit, vt hebraicas voces Iobi cura Arabicis verbis compararet, Arabicæ linguae ope sensum, qui sibi videretur, erueret, quomodo legendum quoque suspicaretur, hic et illic traderet vñs, vt factetur, nullo alio adiumento, quam Schultensii Commentario. Coniecturarum eius atque obseruationum quedam exempla dabimus, vt cognoscatur, quam rationem b. Reiske in interpretando fecutus sit, qua in re se noluisse Theologum, sed modo Criticum agere, profitetur. Capite III, a quo initium cepit explicandi Iobi, versu 3. legendum ipsi videtur נָבָר חֲדַרְתָּ אֹמֶשׁ nox, qua concepit mater mea virus nobilem et honestum mutato Pyal in Kal et voce נָמָר absolute posita in פָּנָן. Verba versus 4. אלִיּוֹרְשָׁהָן possunt duplice modo exponi. vel illo consueto nonrequirat eum Deus vt aegrum desperatum, vel dies hic fiat coligo, quem nondelat, et deterget deus. Versu quinto תְּלִמְדָּחָן non est composita vox, sed vñica, כְּמַרְירָה vero sunt *elyptæ notis* red sublystres tenebrae colorem mustelinum habentes et *elyptrae rufæ* ructis, septimo versu comparatur paralis Iobium.

cum dura filice: *Vt dura flexa farda et muta est, sic illa dura non edat subitas, non audiatur.* *תְּנַזֵּן* notat omne solidum *לֹא* enim infertitium est. Si conferantur loca Iobi XV, 34. ac XXX, 3. vbi Graeci interpres utuntur *vacibus dracones*, ἄγρος his quoque vis huius vocis *תְּנַזֵּן* confirmari posse videtur. Bestiam *Lewiathan* dictam, qualiscunque fuerit quod non est huius loci disquirere b. Reiske versu 8. abesse iussit legere *לֹוִה יְהוָה* reddensque qui parati sunt ad voluntatem in puluere et corna cingulum ornabimur, vel trinum vel quatuor: Iobi XVI, 15. *וְעַזְזֵן אֶרְחֵן* v. 14. sunt δημερόφεοι oratores et *שְׁמַנְיָה* v. 18. notae trusorem, impusorem qui mancipia ad opus vel ad catastam pellit *כִּי* v. 24. saepissime in hoc libro reddit beatus Reiske per *Ese* vel *heus*, qui respondebat

Arab. *חַי* particulae exclamandi. Capite IV, v. 5. Reiske conicit legendum *כִּי בַּעֲתָה הַבָּא* *ecce incursat in te terror ut* et v. 13. vult legi *בְּשֻׁעָד* in dementari me, in turbatione mea propter visiones. Versu 14. *קָרָא נִ* aut est frigidum me fecit *קָרְהָה* frigus aut est pro *קָרְנוּ* contudit me alternantibus *צָהָב* et *אַזְמָנָה*. Verbu 19. videtur ipsi legendum *עַש* qui conteruntur ab ore tinea proprie ab eo, quod ante est tinea i. e. a tinea et *מַשִּׁים* vel est a *בְּשָׁם* absque dante respirare et si sic explices, pertinebit ad *וְכַחֲוָה* vel quod rectius *בְּמַשָּׁה* absque ut quis solutis vinculis libere pastum ire finat et tunc ad sequentia pertinebit. Verborum capite V, v. 5. sic legendorum *יִקְרָרְתִּי* et *אַלְמָנָה* ea videtur esse sententia: et robur, divitias eorum, capiebant aegri, miseri, pauperes et lue peribat selectissimum et purissimum opum ipsorum *תְּנַזֵּן* v. 10. sunt vel piscinae, stagna vel loca depresso, vallis. Vox *שָׂוֵט* v. 21. vel cum *לֹט* flagellum comparari potest, sive cum *סְطָן* effrenis graffatio vel cum *שָׁאָל* usit, combusit. Versu 24. is sensus tribuitur: *Et scies* (absens in itinere) *tentorium tuum* vel et *familiam tuam* *sartam testam esse*, vel et, et *quiesces*, *tranquillus eris*, respicies ad *fossam tuam* i. e. domum retro meabis, requires eam post absentiam aliquam, et non

aberrabis, non frustra requires eam versus vero extremus sic redditur *Ecce hoc est, quod in penum nobis recondideramus, (haec est sapientia, quam tradicam a maioribus fida seruans aure) sic est quod audiimus.*

In sermone Iobi quiritantis de inhumanitate amicorum spemque melioris sortis sapientis cap. XIX. Reiske v. 8. pro מִשְׁׁבֵּת הַחֲכָרָה תְּמִימָנִי mecum et v. 5. pro אֶתְּנוֹתָן legi אֶתְּנוֹתָן hoc sensu. *An funes contra vel supra me torquebilis, an argumenta litis contra me intendetis Funis est Arabibus symbolum omnis eius, per quod ad optatum finem perueniri potest: hoc igitur loco-omnis causa, et praetextus, quo tanquam fane aduersarius implicari ac prosterni potest.* Versu 10. legendum videtur קְדֻשָּׁה quod est vel depilat, deglabrat vel dgnudat offa mea קְלָלָת ut studus scleetus adfitem. Versum 25. et seq. si ex Arabismo conuertantur hunc dare sensum b. Reiske, de resurrectione mortuorum cogitasse Iobum negans, docet: *Quis efficiet ut vides meam soueam et ut posterus posterius aetate quis super tuinulo meo stet i. e. veinam mortuus sim.* Et quis efficiet, ut postquam ceu fusile contusa est per hunc morbum cutis mea, et carnosae meae partes diffuxerunt a se inuisum et ab ossibus abscesserunt, videam deum, qui dirimat meam item, contemptor, ergo, conspiciam mihi meis ipsis oculis lustrem, non aliis. Voces vero priores v. 26. sic constituitur נְקָתָה, מִבְשָׁרָה וְאַחֲרָה שְׂרוֹן וְאַנְחָה atque de voce פְּנֵי consulere iubet locum Prouerb. XXX, 27. quo et nos ipsi iubemur relicto Iobo quasdam coniecturas b. Reiskii o Prouerbii laudare, atque in conspectum proferre.

Vt ex praefatione ante hos triginta annos scripta intelligitur Commentarius Schultenii in Prouerbia Salomonis cum modo natus, atque recens, huic libro natales dedit, atque Viro maxime industrio vires suas primum in Prouerbii Salomonis tentandi commodam occasionem praebuit. Quuma enim Vir doct, Schulteniani libri et virtutes et defes. Etus

Ebis in Actis Eruditorum anni quadragesimi noni mensis Iuniani commemoraretur: nullos diligenter perserutatus est, quaeque ibidem dixit, hodie modo attigit. Sic cap. VI, v. 3. pro legendum esse monuerat i. e. multiplo in tuas cogitationes, verba tua consilia in omnes partes, quae explicatio, ut nos quidem videmus, et huic loco conuenit, et haud longe quaesita videtur.

Quam b. Reiske Cap. XI, v. 3. legendum putat, priori substantivo in verbum, extremo Verbo in substantiuo mutato, hoc sensu studium omnia peruerteret praevaricatorer peruerteret (a via abducet) non resipisse videatur morem scriptoris utrumque membrum vocis eiusdem genaris faciendi ut h. l. sibi respondet et וְהַנִּזְמָן. Versu 21. eiusdem Capitis זֶה לֹא recte explicari a filio ad nepotem, ab hoc ad pronepotem, intelligitur ex opposita, קָרֵב. Quod versu 22. טַעַת et יְמִינָת significatione non differunt: non erat, quod Reiskius respectam lectionem sollicitaret, ut et v. 27. ubi pro שְׁקָרִים reperiet, שְׁקָר legendum arbitratur. Capite XI, v. 17. b. Reiske pro שְׁזַק manyūt legi יְגִיד ut respondeat וְשַׁעֲרָה quae tamēn correctio haud videtur necessaria, cum iam (אֲשֶׁר) יְמִינָה אֲפֻכָּה opponi videatur וְשַׁעֲרָה שְׁקָרִים et voces אֲמָנוּת et שְׁקָרִים ut et שְׁזַק ac bene sibi inuicem respondeant. Vocem יְקִרְאָה v. 23. eo sensu accipi posse docetur, quo Arabes dicant قُرْبًا deridere aquam in lacum, ut os flulti sit quasi lacus in quem e personae suo deciuit omnem fatigatem. Magistramen cuperet legi Vir doct. יְקִרְאָה i. e. exactissimā fuisse quisquiliā. Ex Arabicā lingua illustrantur v. 25. ut notet obrubilitionem, originalē c. XIII, . 2. שְׁזַק desiderium cupiditas v. 9. חַטָּאת idem ac alte se elevabit v. 19. כְּרוֹת suis terminis et repugnib; inclivum desiderium v. 33. בְּרַב sinepe est i. e. o. quam multi sunt conadentes ut alia taceantur. Noluntus enim in his dīctiā morari certo sperantes, fore, ut multi ex litteratissima sacra-

nam teste intellegendarum cupiditate alleicti, et fama de
Princae Reiskianae eominoti, hanc Commentariolum legon-
dum ipsi, atque examinandum, arbitrentur. Subiecta at-
que adiecta est huic libello Oratio studiorum Arabicæ linguae
commendans, quam Reiskius die vigesimo primo mensis
Augusti anni quadragessimi octavi huius seculi Professoris
Arabicæ linguae extraordinariae adeundiæ causa in confessu
Mystorum recitauit, in qua etiæ non scribendi elegancia,
non dicendi vis, diffusæ tamen doctrinae copia ostentatur.
Cans enim nonnullis negliget studii Arabicorum literarum
enumeratis, Vir Cel. hoc agit, ut quanti fructus, quanta
utilitas, quanta commoda in eos redindent, ostendat, qui
cum sacris litteris recte interpretandis dant operam, cuius
rei Pocokius, et Schultensius egregia documenta dedere
tum qui de iure respondent, historia imperii Saracenorum
ferum politicarum studiosis maxime fructuosa, tum qui in
arte Medica docenda exercendaque versantur Arabum gen-
ti vniuersa chymia pharmacia et parto non cœptemissa
in atteriae medicae in acceptis referenda, tunc denique qui
ad mathesim, geographiam, historiam et poesin vel discen-
dit, vel docendam naturæ impetu, ingenioque felicitate fe-
runtur, Arabibus in hoc literarum genere nisi excellentibus
haud tamen plane nihil praestantibus. Quamuis igitur stu-
diuum linguae Arabicæ non sit multorum, nec lucrosum,
nec facile: tamen est honesto animo dignissimum, atque do-
lendum, non vidisse b. Reiskium, quae sub fine orationis
optaret: *Vizinam enim scribit excitaret alium prouidumque
rebus humanis numen opulentum aliquem et liberalem Musagetem*
*qui opes — taenendas impenderet bibliothecæ cōdicum manu-
scriptorum Arabitorum, et erigendas typographias Arabicas*
*qualis olim Romæ fuit instituta, ex qua ut alios tacitum ignobi-
liores, Automa, et Geographus Nubiensis prodierint.* Ut
nam Lippia substra, nisi opulentæ, certe tristitiae Germaniae
caput vestitum tolleret ceteris urbibus vniisque, gemitibus

libros Arabicos, quaque ex dinte, cornu Copiae profuderet.

At ne longiori mora lectorum patientia abutatur, welle vi deamur, laudanda quoque paucis videtur Epistola huic libro praemissa, quam a Reiskii vidua Petro Friderico de Suhm, Cubiculario primi ordinis in aula Danorum regis, grati animi testandi causa scripsit. His enim literis venustris, nec foemina docta indignis, cum defuncti mariti vel potius amici, quo nomine ipsi vti placuit, tam suo nomine gratias agit, gratamque beneficiorum memoriam nunquam se deposituram spondet. Scribit vero, malumus enim ornatissimae Reiskiae, quam nostris verbis vti: *piis manibus viri mei quasi iusta facis, et insigni pietati quasi inferius publice instituis, comparatis aere non exiguo omnibus, qui nondum editi in pluteis meis restarent, foetibus ingenii Reiskiani, siisque in amplissima bibliotheca Tua repotitis, nos ut tibi soli aut timei seruiant, aut per concellos tantum sparentur, sed in omnium usum, praesertim Tui similium, serues, bonamque partem harum lucratissimum publici iuris facere constitueristi.* — — a me Tua erga me insignis gratia extolli et verbis explicari satis non potest. Tu enim Musas meas tumu repere, et cum rerum inopia confundari noluisti, tu petitus follis de futuro, tacitus levatum curis, consolatione sustentasti, non minima, tu viduam pensione annua instruxisti munifice, de quo mihi vehementer gratulor. Gratulamur et nos dignissimas Reiskiae de hac singulari felicitate, optamusque, ut omnibus probis atque honestis viduis doctorum virorum, quibus saepissime cum paupertate conflictandum est, tales obtinuant patroni atque tutores.

Johann Heinrich Lambertis — Pyrometrie, u. s. w.
h. e.

**JOHANNIS HENRICI LAMBERTI, nuper Soc. Scien-
tiar. Berolinensis Membris ordinarii, etc. Pyrometria:**
cum tabb. aer. 8:

Berolini, apud Haude et Spenerum, Alph. 2. pl. 3. in 4.

Dicit exspectatum hoc immortale opus patientiam eruditorum exercuit; viginti enim fere anni praeterlapsi sunt ab edito photometris, quae quasi prodromus spem tum fecerat orbi eruditio, fore, ut suo tempore edetur pyrometria. Sed quamvis iusto forte tardius ceteris auctor, quam vel ipse proposuerat, nomen contractum dissolueret, tarditatem tamen abunde compensauit gravitas atque praestantia doctrinarum. Est naturale quoddam vinculum, quo pyrometria photometriæ iuncta, multarum rerum explicationes et demonstrationes ex eadem repetit: quod etiam eliquis matheseos utriusque disciplinis familiare est. Multa occurunt in scriptis Philosophorum ad pyrometriam spectantia, dispersa tamen, nec omnia certa, ambigua multa, non rite suis gradibus determinata vel vitio praecipitationis, vel etiam instrumentorum admotorum rudem. Plura autem praestitit Lambertus, quam ut illa omnia in formam artis colligeret; et collegit profecto ita, ut profundissimi Geometrae acutum inveniendo augeret, inuentis aliorum apte committeret, certa incertis substitueret, et impenerabili caligine inuoluta retegeret. Cum inter experimenta instituta, vel iniuris nobis et insciis etiam subinde inaequaliter admodum operantes causæ sele insinuent, fieri profecto nequit, quia multa a calculo recedant phænomena, neque adeo

adeo expectationi respondeat euentus; quo quidem casu suo officio satis fecisse censendus est experimentator, si anomaliarum nodum inexplicabilem vel indicauerit, vel scite praeficerit. Atque ut a vulgaribus ordinatur; quis vaquam demonstrauit, calorem et lucem ab unica causa venire? non enim haec duo ubiuis in conicatu sunt, sed seiueta comparent, ita ut sentiatur calor sine luce, lux sine calore. Quamobrem a genuinis principiis et legibus Philos. experimentalis, non recedit, nec entia praeter necessitatem quod dicitur evanulat, qui non ex unico fonte lucis calorisque explicationem sumit; quam viam, teste Plutareho, nonnulli antiquiorum Philosophorum tentassc dicuntur.

Corporum ambientium nec frigus, nec calorem, proprio loquendo sentimus, quamvis ex sensu frigoris aut caloris, quo membra constringuntur vel extunduntur, ratiocinando colligamus, corpora extra nos posita frigida vel calida esse, hocque iudicium saepissime sit vitium subreptionis. Acutissimus auctor huius observationis inter experimentandum tenacissimus fuit adeo, ut in designandis caloris gradibus nos unice spectaret qualitatem corporum, sed simul ad stramque circumstantiarum coniunctionem attenderet. Effectus caloris maximus conspicuus est in extrendendis corporibus solidis aequae ac fluidis, ne aëre quidem excepto, qui calore sese insinuante maximis etiam pressionibus resistit, hisque remotis quaqua versus expanditur. Patiuntur talem expansionem metalla, vitrum, Mercurius, oleum, aqua, Spiritus vini, aliaque fluida, diuersis tamen legibus, in quibus dægendis Lambertus multum laborauit, licet difficultate rerum impeditus omnia ad liquidum non perduxerit. Vtitur vero in primis hoc effectu caloris non tantum in cognoscenda spatiorum, per quae diffunditur calor, diversitate, verum etiam in determinando quolibet gradu ad arbitrium. Ex profecto, huic rei iamolim Philosophis aëris visus fuit ac-

Johann Heinrich Lambertus. — Pyrometrie, u. s. w.
h. e.

JOHANNIS HENRICI LAMBERTI, *super Soc. Scien-*
tiar. Berolinensis Membris ordinarii, etc. Pyrometria:
cum tabb. aer. 8:

Berolini, apud Haude et Spenerum, Alph. 2. pl. 3. in 4.

Dicit exspectatum hoc immortale opus patientiam eruditorum exercuit; viginti enim fere anni praeterlapsi sunt ab edito photometriæ, quæ quasi prodromus spem tum fecerat orbi eruditæ, fore, ut suo tempore ederetur pyrometria. Sed quamvis iusto forte tardius cœlētis auctor, quam vel ipse proposuerat, nomen contractum dissolueret, tarditatem tamen abunde compensauit gravitate atque præstantia doctrinarum. Est naturale quoddam vinculum, quo pyrometria photometriæ iuncta, multarum rerum explicationes et demonstrationes ex eadem repetit: quod etiam eliquis mæthæsos utriusque disciplinis familiare est. Multa occurruunt in scriptis Philosophorum ad pyrometriam spectantia, desperata tamen, nec omnia certa, ambigua mules, non rite suis gradibus determinata vel vicio præcipitationis, vel etiam instrumentorum admittimus rudum. Plura autem præstitit Lambertus, quam ut illa opinia in formam artis colligeret; et collegit profecto ita, ut profundissimi Geometrae acutum inveniendo augeret, inuentis aliorum apte communiteret, certa incertis substitueret, et impenetrabilis caligine inuoluta retegeret. Cum inter experimenta instituta, vel inuitis nobis et insciis etiam subinde inaequaliter admodum operantes causæ sece insinuant fieri profecto nequit, quia multum a calculo recedant phænomena, neque adeo

adeo expectationi respondeat eventus; quo quidem casu suo officio satis scilicet censendus est experimentator, si anomaliarum nodorum inexplicabilem vel indicauerit, vel scire praesciderit. Atque ut a vulgaribus ordinamur; quis vaquam demonstrauit, calorem et lucem ab unica causa venire? non enim haec duo ubiuis in coenitu sunt, sed seiuincta comparent, ita ut sentiatur calor sine luce, lux sine calore. Quamobrem a genuinis principiis et legibus Philos. e. experimentalis, non recedit, nec entia praeter necessitatem quod dicitur evaulat, qui non ex unico fonte lucis calorisque explicationem sumit; quam viam, teste Plutareho, nonnulli antiquiorum Philosophorum tentasse dicuntur.

Corporum ambientium nec frigus, nec calorem, proprio loquendo sentimus, quamvis ex sensu frigoris aut caloris, quo membra constringuntur vel extunduntur, ratiocinando colligamus, corpora extra nos posita frigida vel calida esse, hocque iudicium sapissime sit vitium subreptionis. Acutissimus auditor huius observationis inter experimentandum tenacissimus fuit adeo, ut in designandis caloris gradibus non vacue spectaret qualitatem corporum, sed simul ad utramque circumstantiarum coniunctionem attenderet. Effectus caloris maxime conspicuus est in extrendendis corporibus solidis aequae ac fluidis, ne aëre quidem excepto, qui calore sese insinuante maximis etiam pressionibus resistit, hisque remotis quaqua versus expanditur. Patiuntur talem expansionem metalla, vitrum, Mercurius, oleum, aqua, Spiritus vini, aliqua fluida, diversis tamen legibus, in quibus detegendis Lambertus multum laborauit, licet difficultate rerum impeditus omnia ad liquidum non perduxerit. Vtique vero in primis hoc effectu caloris non tantum in cognoscenda spatiocum, per quae diffunditur calor, diversitate, verum etiam in determinando quolibet gradu ad arbitrium. Ex proposito, huic rei iamolim Philosophis aëris visus fuit ac-

commodatissimum adminiculam, qui grām occasionem
praebuit innētiendorū thermometrorū, quorū usus
statis etiam inter non erodeos iam pridēt̄ innotuit. Ita
que accuratam thermometrorū historiam dedit b. auctōr,
talentiq; theoriam philosophicā, quae et ambiguati gra-
duum consuleret, et a rigore geometrico quam fieri posse
minimum aberraret. Res est profecto admodum intricata,
cum rectitudo thermometrorū indicis fere ab accurate solu-
tione quaestōnis: num scilicet aequales extensionis gra-
dus, aequales semper caloris gradus indicent? pendeat
Quoniam autem in soluenda hac quaestōne res tota redit
ad certum medianū communicandi thermometro aequales
caloris gradus, temporis partibus aequalibus, visus fuit ce-
leb. Lambertū sol meridianus ad hoc cognoscendum aptissi-
mus. Itaque radiis solarib; exposuit thermometrum spira-
ta vini repletum, designatōrū eius adscensionem singulis
minutis; cuinque liquor primo minuto adscenderet ad
11° iam proxime sequentibus ad quartū decimum conti-

8

menter decreceret, ita ut proxime ante ultimum minutum
altitudo esset 2° tantum, pateretque hanc inaequalitatem a

5

calore solis eodent manente tōto experimenti tempore nul-
latenus esse deriuandam. Prona hinc fluxit conclusio:
thermomētra apricantī maiorem a sole fuisse communicatum ca-
lorem, quam aéri, quandoquidem thermometrum aliud in umbra
haerens, intra idem 14^o tempus, ad insenſibilem fere altitudinem
adscenderat.

Quia corpus quoduis, aere calidius, necessario pedetem-
tati frigescit; euidens sane est ratio, cur Spiritus vini in ther-
momētro Lambertiano singulis minutis non uniformiter ex-
tenderetur, atque successiue singulis tempusculis tanto plus
caloris perderet, quanto maior fuerit ante communicati ca-
loris

loris gradus. Calculus inde evatus primum quidem experientiae non satis respondit, tandem vero, tubo ab afferculo remoto, parte superiori aperta, globoque circumscendentia corpora non tangente, experimento repetito magis eidem satisfecit. Quod ad segen fundamentalem, unde omnis ratio de communicatione caloris est dependens, attinet, quaenam statuit, calorem singulis minutis ex frigescente corpore effluentem esse eius caloris quem habuit proportionalem: de eius veritate et naturali evidentiâ priusquam legisset opuscula Newtoni, sciretque, hunc Philosophum eiusdem principii experimentando iam pridem vsum fecisse, adeo persuasus erat ut tum de eius demonstratione condenda ne cogitaret quidem. Et quamvis eruditus Amonton acerbo animo experimenta Newtoni censuerit, nihilo tamen secus Lambertus noster, ea quam iniit via, scriter perrexit, docuitque modum et conditiones explicandae eius legis, cuius explicationem diductorem ab eius sequelis petuit.

Idcirco ergo simplicissimum casum euoluit, quo globus non adeo magnus materiae fluidae, qualis v. c. aer est, impositus, successive frigescit. Atque hic ex mente auctoris potissimum excessus caloris in globo pedentem evanescens in censum trahendus est. Quodsi iam hic excessus caloris, ponatur = y , eius vero tempus exprimatur per t . ac quousque alio tempusculo = $d t$, exeat ex globo caloris quantitas $d y$; tum, si quantitas $d t$ sit constans, vi utique legis fundamentalis etiam $d y : y$: y constans erit. His ergo ita constitutis, oritur aequatio — $\frac{d y}{y} = \frac{d t}{T}$, in qua formula

$$\frac{Y}{T}$$

quantitas T homogenea est numeratori $d t$. Potest valor quantitatis y per ordinatas lineas logarithmicas exhiberi, cuius subtangens sit = T , absissa vero = t ; unde etiam aamento valore $t = 0$, $y = v$, sequitur sua sponte, fore

$$\frac{1}{Y} v = \frac{t}{T} \text{ ideoque } y = \frac{v}{T}$$

Tam superiori seculo magnus Neutonus assumit, quantitatem d y quouis tempusculo ex corpore calido ex euntem sequi superficiem corporis, y vero semper sequi spatium corporeum, esseque ideo y in globo in ratione cubi, d y vero in ratione quadrati diametri. Hanc sententiam Lambertus veram quidem esse dicit, at nos neglegimus. Ea conditione diffusionis uniformis caloris per corpora, quod non nisi in globis minoribus, quales fere sunt thermometrorum, accidere solet; quodsi contra corpora non sint admodum irregularia, homogenea tamen, neque summis peccatur rigor, ponit posse, subtangentem refrigerationis esse in ratione directa spatii corporei, atque inversa superficerum, immo subtangentem calefactionis aequalem esse subtangenti refrigerationis. Quodsi calor ex igne in adjacentia corpora transeat, atque ob interruptas eius operationes communicati caloris gradus successive iterum in ambientem aerem transant; iam utique variatis circumstantiis diuersus calculus ad phaenomenon rite intelligendum instituendus est. In huius ergo rei usum Lambertus condidit formulam d y = n dt — $\frac{y dt}{T}$

in qua y calorem corpori, elapsi tempore et communicatum, n gradus caloris ab igne venientes, n dt autem calorem tempusculo d t respondentem, denotat. Quodsi in hac formula n sit quantitas variabilis; omnes utique sub se complectitur casus inaequalis calefactionis, patetque, posito d.y = 0 aequationem y = n T exhibere Maximum caloris. Nec minus, eadem evidenter, adhibitis integrandi legibus, formatur aequatio, ex qua directe colligi possit, fore hoc casu calefactionem prorsus eandem, quae fuisset, si corpus in aere calore n T modificate incalueret.

Quod-

Quod si contra quantitas n fuerit mutabilis, vt proinde ignis seu sol aequali tempore non aequales caloris gradus corpori communicet, potest n in istar functionis ipsis t. considerari; atque etenim quantitates variabiles facile separantur, vt adeo obtineatur aequatio-

$$Y = \frac{(S + c t d t + A)}{T} e^t$$

Itaque casus simplicissimus hic, ad quem quadret formulae Lambertinae $n = a + b t$; ex qua sequitur vim ignis aegritudini, vel etiam decrescere secundum progressionem arithmeticam, pro quo quidem casu valet integrandi formula ab auctore addibita.

$$y = a T - b T^2 + T b t - (a T - b T - v) e^{-t}$$

Calor continuo ex corporibus effluens propemodum eas leges sequuntur, quas lux in omnes partes sepe diffundens, atque hinc factum est, vt auctor analogas quasdam propositiones ex photometria assumtas experimento institute firmaret, earumque usum in cognoscenda caloris diffusione demonstraret. Adhibuit vero quinque thermometra, disponitique ita, vt globi pede rhenano murio distarent, ac tandem, batillo adhibito, sequentem condidit tabulam, in quam reteret distantias centrorum a foco, quadrata distantiarum, ac rationem inversam.

Distantiae Digit.	Quadrat. dist. nt.	Invers. rat.
22, 62	459, 31	1, 3000
23, 05	531, 3	0, 2993
34, 51	1191, 3	0, 1337
46, 25	2139, 3	0, 9740
58, 10	3375, 3	0, 5472

thermometra non erant repleta mercurio, sed spiritu vini, debebantque ideo vel maxime magis ab astillo remoueri. Caeterum diametri globorum notantur numeris 8, 3, 5, 2, 6 8, 6, 4, 9, 5. Altitudinem vero spiritus adscendentis sequens tabella sif sit:

Tempus.	I. Therm.	II. Therm.	III. Therm.	IV. Therm.	V. Therm.
2 ⁰⁰ 16'	0, 0	0, 0	0, 0	0, 0	0, 0
16	0, 2	0, 1	0, 1	0, 0	0, 0
17	1, 1	0, 7	0, 2	0, 1	0, 1
18	2, 2	1, 2	0, 3	0, 2	0, 2
19	3, 2	1, 6	0, 4	0, 3	0, 3
20	4, 2	2, 1	1, 6	0, 4	0, 4
22	5, 8	2, 7	0, 0	0, 5	0, 6
24	8, 6	3, 4	1, 3	0, 7	0, 7
26	10, 9	3, 9	1, 6	1, 0	0, 8
28	12, 5	4, 3	1, 9	1, 2	0, 9
30	13, 7	4, 7	2, 1	1, 3	1, 0
32	14, 5	5, 1	2, 4	1, 5	1, 1
34	15, 2	5, 3	2, 6	1, 6	1, 2
36	16, 0	5, 4	2, 7	1, 7	1, 3
38	16, 0	5, 4	2, 7	1, 7	1, 4
40	15, 7	5, 2	2, 8	1, 8	1, 4
42	15, 9	4, 8	2, 7	1, 7	1, 4

Quamvis

Quamvis vis caloris, ob multifarias minusque praesup-
fas causas concurrentes, inficitis etiam mutationibus obno-
xia est; idem tamen gradus caloris tanto operatur vehe-
mentius, quanto est aer densior quem permeat: cuius qui-
dem eventus miri rationem beatus auctor exinde derivat,
quod partes corporis communieatum a particulis igneis
item propagant, atque adeo quasi multiplicent. Intelligi
hinc porro posse afferit, qui fiat, ut communicando corpo-
ribus solidioribus calori aequali, minor particularum ignearum
quantitas sufficiat, quam quae requiritur si corpora fuerint ra-
riora. Compluribus scriptoribus iam olim haec veritas in-
notuit, erantque, qui eam ad formandam proportionem geo-
metricam, experientiae repugnarem, adhiberent. ideoque
putarent, quantitatem particularum ignearum esse in ratione
soliditatis corporum reciproca. Itaque peropportune mo-
nuit auctor, vires corporum, quas cohaesiua dicunt, magis
in consilium trahi debere, quam ipsam soliditatem. Inuenit vi-
delicet, existente xbiquo calore aequali, quantitates particu-
larum ignearum in massa mercurii vnius digiti cubici, spiri-
tu vini, atque aqua, esse perpetuo in ratione numerorum
4, 6, 7. Licet etiam saepissime quantitas caloris cum par-
ticularum ignearum quantitate reapse coincidat, nihilo ta-
men secius, monente auctore, multi sunt casus obuij, quibus
haec duo distinguere permultum intersit. Et profecto, me-
thodus, qua hoc discrimen, quod paradoxum videtur, compro-
bavit, tantum habet acuminis et elegantiae, ut ingenio sui
auctoris perfecte digna censi. debeat. Atque intelligentia
eius discriminationis in his potissimum momentis cernitur: duo-
rum corporum homogeneorum, inaequium tamen, ea-
demque caloris gradu assumto, maior nihilominus plus ca-
loris continet minori; ac quamvis caloris vis in utroque ea-
dem prorsus sit, quantitatem tamen caloris crescere in ratione
voluminis corporum, euidenter patet. Contra si corpora homo-
genea aequalia, inaequali imbuta fuerint calore, quantitas

caloris hoc quidem casu utique eius vi proportionalis erit. Quodsi ergo duorum corporum A et B caloris quantitates denotentur litteris Q et q, atque V et v designant operandum modum, M vero et m corporum A, B magnitudines; orientar sua sponte analogia; $Q:q = V:M$, in qua ratio postrema composita est.

Cum vero corpora fuerint heterogenea, eadem quidem adhuc obtinet ratio, tantum eo casu, quo transitus fieri caloris ex corpore in corpus, ad inaequalitatem operationis seu effectus animaduertendum est; igneae nimirum particulae proprie tantum transeunt, quae non proprie in quibusvis corporibus eandem vim conferuant et exserunt. Consilium itaque acutissimi auctoris eo tendit, ut quantitates particularum ignearum seorsim calculentur, cumque insinuari adhibeantur corpora, in quae eiusmodi particulas secessinuarunt. Quia corpora calore extenduantur, oportet utique spatium inibi occupent particulae igneae, videturque haec ipsa nova extensio eadem cum spacie ab occupatis particulis igneis replete, adeo ut si triginta digiti cubicci spiritus viri accedente calore extenderentur ad triginta et unum digitum, spatium ab igneis particulis occupatum, unius sit digiti, possitque sano sensu dici, massam, seu quantitatem igneam efficere unicum digitum cubicum. Alter longe comparata res est mutato corpore. Dum nimirum eadem particulae igneae mercurium permeant, vires eorum duplum propemodum augmentur, quo sit, ut idem digitus cubicus massae igneae in hoc fluido comprimiratur ferat ad 9 digiti cubicci. Similes observationes etiam suppeditant.

40

Tantalia corpora, et b. Lambertus mutabilium etiammodi eventuum rationem reperisse sibi visus est in elasticitate particularum ignearum vi cuius, secundum vires cohaesitionis corporum diuersas, etiam ipsum spatiuum necessario di-

uerum esse debet. Quod iam adtinet ad subtangentem, et usque magnitudinem, quoties aquam, vel etiam alia corpora tangimus, eam plerumque breviorem iusto fieri solide demonstrauit, ostenditque, quantitatem caloris solaris pendere tum a densitate radiorum, tum etiam a duratione eorum, atque magnitudine superficie super qua diffundatur.

Corpus quodus ardens in ratione subtangenter negatiae frigescit, nisi deficiens calor per continuum materiae inflammabilis affluxum suppleatur. Etenim, si co-tempore, quo ignis maximum ardoris gradum adtigit, affluxus cesseret, immiquetur ardor continenter secundum ordinatas lineas logarithmicas, cuius prima ordinata sit $= 3000$, subtangens autem $= \frac{1}{6} 3600''$. Ex calculo ergo auctoris erit defectus caloris tempusculo d^r oonueniens $= \frac{3000}{3600} dt$

$= \frac{5}{6} dt$ gr. cumque affluxu durante, excessus $\frac{3000}{6}$ gradiua remaneat, sequitur, subsequenti queuis tempusculo $\frac{5}{6} dt$ euanscere, atque iterum accedere, imo

$\frac{3600}{12} dt$ maximo invariato manente per horam integrum, fore summa caloris euanscentis $= \frac{5}{6} dt \cdot \frac{3600}{12} = \frac{3000}{12} dt$, aut $\frac{3000}{12}$

Si loco horae tantum $\frac{1}{12}$ eius temporis sumatur. Iam ergo

igne successive languescente, excessus quidem 3000 remanet aliquamdiu, quod ad intensionem adtinet, quamvis copia ignearum particularum interea decrescat. Ut autem huius incrementi et decrementi accuratior sit obseruatio, iubet complura circa ignem super foco exstructum thermometra circumlocare ita, ut globi libere exponantur ardori,

ri, quo facto ope subtangenter refrigerationis facile, ut patet, singulis minutis determinari poterit, quantus fuerit caloris ad thermometrorum globos actus; atque a posteriori construi curva cum suis ordinatis affluxum denotantibus. Quod reliquum est, illustre hoc pyrometriae opus merito habetur explanatio commentarius *Tentaminis de us coloris, quia corpora dilata, et usque dimensione, olim aetis helvetica inseriti, in quo celeberrimus auctor momenta ad praeceps negotium spectantia summam tantum expoluerat.* Natura rerum pertractatarum non patitur systema ab omni hypothesi remotum, quale est geometria vulgaris et sublimior, sique fuerint sumptiones ingeniosae, veritatis abstrusis aliquantum explicandis inseruentes, ferendae erunt tamdiu, quoad nouus alter Achilles mathematicus certiora promovet.

EVSEBII VERINI COMMENTATIO IVRIDICA
critica, de hereditario Iure Serenissimae Domus Austriacae in Apostolicum Rgnum Hungariae: de Iure eligendi Regem, quod Ordinibus incitis Regni Hungariae quondam competit: de Corregente, Rege iuniore, et Ducibus Regius, quos olim Hungaria habebat.

Viennae et Lipsiae apud Joh. Frider. Iahni MDCCLXI. in 8.

Quisquis huius Commentationis pereruditatus auctor sit, videtur enim ut ficto nomine, praestitit profecto quod instituerat, laudabili admodum industria, qua versatur non

son tantum in colligendis infinitis fere scriptorum in sententiā suā documentis, sed etiam in propellendis opinionibus hactenus peritulatis nec nisi defectū veriorum in historiam Hungarie intrus. Repetit vero recte omnem per tractandam a primis fere temporibus, quibus nomen Hungarorum incluruit, summamque rerum in Arpadum filium Salinutz, seu Almī deuenit; hortante ad id in primis Chaganō, Chazariae Principe. Rerū ita gestā nārat Constantinus. *Porphyrus de administrando Imperio*, Cap. 38. quēm auctor excitat.

Hunc Arpadū Monarchiam Hungaricam iure hereditario fuisse consequuntur, atque ita in posteros transmisisse, multis argumentis firmavit, in primis autem antiquissimo omnium diplomate (an suppositio?) quo fundatio primae in Hungaria Abbatiae in monte Pannoniae, S. Martino dicatae, exponitur. Creditum fuit olim, suntque hunc forte etiam non pauci qui putet, primum Hungaroru[m] Regem Stephānum, titulum honoris que regios sumfisse a Pontifice Romano Silvestro IP sed fabulam hanc esse affirmat. Verinus, quod Bulla huic Pontifici adtributa Século dēnum superiore, per Raphaēlēm Lewakovich, Crōtam, Ordinis mīndrum obseruantium, et S. Theologiae Lectorēm, impudica industria, docente hoc Adamo Franciscō Kollar, Viro summo, conficta esset; neque etiam Petr. de Ludwig sententiam, statuentis, Stephanum regale diploma ab Henrico Imperatore accepisse, honoratiō locū habendam censet. Placuit ei, sponte sibi sumere titulum Regis, nemine contradicente, cum regia potestate longe ante iam usus esset, adeo ut falsum pronunciet Verinus, cum nouo regis titulo accepisse Stephanum quandam in subditos potestatem, quā antea caruerit: quinimmo ne doceri quidem posse vel leuissimis argumentis, occasione primae huius coronatiōnis Ordines Regni diploma quoddam a S. Stephano accepisse.

Domestici rerum hungaricarum Scriptores sere omnes uno quasi ore clamitant, maiores suos libere, proprioque nato, Stephanum in Regem Hungariae elegisse, et iura maiestatica, dum coronaretur, in eum transtulisse, hacque simul occasione potestatem eius regiam, legibus, quas dicunt fundamentales, valde fuisse circumscripam. Adhuc huius nonnulli eo deuenere, ut assertere non dubitarent, priusquam Hungarorum Regem, cum primis eius successoribus non tam Imperium summum, ictis directum et eminentis dictum, quin Iuris quandam duntaxat dictioinem obtinuisse. At vero horum Scriptorum argumenta ita eneruat clarissimus Verinus, vt si sit historica fides, rem omnem confecisse dicendus sit. Non hoc tantum, sed et hereditarium fuisse Hungariae Regnum a prima origine ad nostra usque tempora, quod Toxus reuera pater esset omnium Hungariae Regum, exceptis tunc Matthiae I, et Zapolya, perspicue docet, partim ex Decreto S. Stephani, et confirmatione Decreti Andreae II. partim vero ex Matthiae Regis Decret. V. art. 2. cuius sequentia verba profert: *Si quisquam Regum, heredem in tenera aetate constitutum reliquerit, Palatinus ex officio tenetur et debet illum tangquam tutor in Regnis et Dominis paternis conseruare, et fideliter conseruare.* Et sane, quis sit talium Decretorum valor, quidue spectent, prorsus dici nequit, si electionis, non vero hereditatis iure, Reges creabantur.

Postquam Reges Hungarorum, comperta Regis iuris auctoritate, noxia sibi, regnoque fatali, eandem abrogassent; orti sunt Corregentes Saeculo XIV. Refert eruditissimus auctor nouae huius dignitatis initia ad Ludouicum I. quaecum eadem coniuncta fuerint iura diligentissime explicat: fuisse nimirum potestatem Corregentis longe diuersam ab ea, qua essent olim Duces, et iuniores Reges; exercuisse eum plenam potestatem regiam, aegrotante Regis aut

aut extra regnum commorante; retinuisse dignitatem feme
acceptam; defuncto quoque Rege; absque consensu eius
regem nequam in locum demortui eligi non posse; habuisse
eum Regis coimbatines quosdam redditus, bona etiam pro-
pria; de quibus libere disponeret. Quibus fuse latit dispu-
tatis; ad eam tractationem progrederetur, qua rationibus ini-
nis ius hereditatum in Regnum Apostolicum Serenissimae
Gentilis Habsburgico Austrinae afferit; huiusque iuri origi-
nem ad auctorem Sigismundi Imperatoris referat, atque
male notat Hungarorum conspirationem Anno 1509. fa-
ctam, qui factum decretum, ut Vladislao, eiusque heredibus
masculis forte extintis, perduellionis reus habeatur, qui
externum aliquem Principem eligendum existimaret. Re-
apse irritam fuisse hoc Decretum Verinus noster non ab-
sque argumentis contendit. Maximilianum etenim iure
quod habuerat priuare iuste non poterant Ordines Regni,
nec post fatalem cladem Mohacianam villa legendi Regis
necessitas fuit quod essent Ferdinandus Archidux Austriae,
quisque vxor Anna, heredes Regni, quorum ius succendi
in dubium vocare iura diuina, humanaque rectores.

Leopoldus, reportata insigni victoria; regnum Hunga-
riæ interitui proximum fortitudine et prudentia vindicauit,
prævaluit nihilo seclus apud Imperatorem clementia, quam-
quam posset vti victoria, legesque præscribere. Itaque
ab Ordinibus regni obtinuit; vt clausula extremi articuli De-
creti Andreæ II. tolleretur, et posteri sui masculi ea lege
in regno succederent, vt Prinogenitus reliquos amteiret.
Cur vero Imperator hac tempestate masculorum tantum ha-
redum, exelatis sexus sequioris intentionem fecerit, eius rei
has adducit auctor rationes. 1) Quidem sunt verba Ve-
rini, needum videbatur consultum, ius, quod legè expressa
prinogenitis est attributum, ad feminos etiam heredes ex-
tendere. Qui in Hungariae historia non profas sunt ho-
spites,

Domestici rerum hungaricarum Scriptores fere omnes uno quasi ore clamitant, maiores suos libere, proprioque natus, Stephanum in Regem Hungariae elegisse, et iura maiestatica, dum coronaretur, in eum transtulisse, haecque singulari occasione potestatem eius regiam, legibus, quas dicunt fundamentales, valde fuisse circumscripam. Adhuc hanc nonnulli eo deuenere, ut assiceret non dubitarent, per gravem Hungarorum Regem, cum primis eius successoribus non tam Imperium summum, ictis directum et eminentis dictum, quin Iuris quandam duntaxat dictioinem obtinuisse. At vero horum Scriptorum argumenta ita eneruat clarissimus Verinus, vt si sit historica fides, rem omnem confessisse dicendus sit. Non hoc tantum, sed et hereditarium fuisse Hungariae Regnum a prima origine ad nostra usque tempora, quod Toxus reuera pater esset omnium Hungariae Regum, exceptis tantum Matthia I, et Zapolya, perspicue docet, partim ex Decreto S. Stephani, et confirmatione Decreti Andreae II. partim vero ex Martthiae Regis Decret. V. art. 2. cuius sequentia verba profert: *Si quisquam Regum, heredem in tenera aetate constitutum reliquerit, Palatinus ex officio tenetur et debet illum tanquam tutor in Regnis et Domini paternis conseruare, et fideliter conseruare.* Et sane, quis sit talium Decretorum valor, quidue spectent, prorsus dici nequit, si electionis, non vero hereditatis iure, Reges creabantur.

Postquam Reges Hungarorum, comperta Regis iunioris auctoritate, noxia sibi, regnoque fatali, eandem abrogassent; orti sunt Corregentes Saeculo XIV. Refert eruditissimus auctor nouae huius dignitatis initia ad Ludouicum I. quaecum cum eadem coniuncta fuerint iura diligentissime explicat: fuisse nimirum potestatem Corregentis longe diuersam ab ea, qua essent olim Duces, et iuniores Reges; exercuisse eum plenam potestatem regiam, aegrotante Regge aut

set extra regnum commorante; retinuisse dignitatem femei acceptam; defuncto quoque Rege; absque consensu eius regenti nocturn in locum demortuare ligari non potuisse; habuisse cum Rege coimtates quosdam redditus bona etiam propria; de quibus liberè disponeret. Quidam fuisse fatus disputatis, ad eam tractationem prograditur, qua rationibus iniurias ius hereditarium in Regnum Apostolicum Serenissimae Genti Habsburgico Austriae afferit; huiusque iuri originem ad aetatem Sigismundi Imperatoris referit, atque male notat Hungarorum conspirationem Anno 1509. factam, quia fecit decretum, ut Vladislaus, eiusque heredibus masculis forte & tinctis, perduellionis reus habeatur, qui externorum aliquem Principem eligendum existimaret. Raspse irritant fuisse hoc Decretum Verinos noster non absque argumentis contendit. Maximilianum etenim iure quod habuerat priuare iuste non poterant Ordines Regni, nec post fatalent cladem Mohacsianam villa legendi Regis necessitas fuit quod essent Ferdinandus Archidux Austriae, eiusque vxori Anna, heredes Regni, quorum ius succendi in dubium vocare iura diuina, humanaque rectuere.

Leopoldus, reportata insigni victoria, regnum Hungariae interitui proximum fortitudine et prudentia vindicauit, praevaluit nihil se cuius apud Imperatorem clementia, quamquam posset uti victoria, legesque prescribere. Itaque ab Ordinibus regni obtinuit, ut classulae extremi articuli Decreti Andreæ II. tolleretur, et posteri sui masculi ea lege in regno succederent, ut Primogenitus reliquos amteiret. Cur vero Imperator hac tempestate masculorum tantum heredunt, excolisis sexus sequitoris, intentionem fecerit, eius rei has adducit auctor rationes. 1) Quidam; sunt verba Verini, neendum videbatur consultum, ius, quod legè expressa primogenitici est adtributum, ad feminos etiam heredes extendere. Qui in Hungariae historia non prius sunt ho-

spites,

spites, illis constat, quanto labore et industria opiniones praeiudicatae, de iure legendi Regem Hungarum eximi, his in Comitiis debuerint. 2) Habebat eo tempore Leopoldus duos iam filios, Josephum et Carolum Archiducos, sperabatque, per hos antiquissimam proslapiam Habsburgico Austriae, seram in posteritatem propagatum iri. Nec ipse Leopoldus spem adhuc plurium filiorum obtinendorum deposuerat. 3) Altera in linea Austriaca unicus erat Princeps Carolus II. Rex Hispaniarum. Certum iam fere videbatur, eum filium nullum reliquum superstitem, quia tamen eius et Hispanorum favorem Leopoldus tueri volebat sollicitus; quidquid ad fini huic voluptatem quandam adferre poterat, id Augustus multa cura faciebat. Qua re id in primis intendebat, ut eius post obitum liberis suis eo faciliorem ad Hispanica regna et imperia accessum pararet. 4) Fundamentum iuris huius hereditarii, et constitutionis, in pacis, quae Fridericus III. Imperator cum Matthia I. Rege Hungariae inierat quaerendum esse videtur. Cum vero Ferdinandus non minus, quam Caroli posteri, eum Patrem satorumque communem reuercantur: propterea in ordine hoc quoque, successionem in regno Apostolico concernente, linea Caroli Hispanica non videbatur praeterunda.

In fine commentationis denique adiunxit auctor breuem historiam sanctionis pragmaticae, qua ius hereditarium Serenissimae Domus Austriacae accuratius determinatum fuit, quaeve Hungaris, quorum tamen fere pars maxima paulo ante de constituendo regno eleccio egerat, adeo arrisit, ut prater spem omnem atque exspectationem vitro eam assumerent. Legitur celebris haec sanctio in principibus articulis Decreti Anni 1723, cuius ad propositum spectantia momenta haec sunt. „In defectu sexus masculini „sacratissimae Caesareae et Regiae Maiestatis, quem defectum „Deus clementissime auertere dignetur, ius hereditarium „suc-

succedendi in Regnum Hungariae, et coronam, ad eamque
partes pertinentes, propriae et Regna, ius diuino auxilio
recuperata et recuperanda, etiam in sexum Augustae
Domus sue Austriae seminorum, primo loco quidem ab
alte fata modo regnante sagrissima Caesarea et Regia
Majestate, deinde in huius defectu a divo olim Iosepho: his
quoque deficientibus, ex lumbis dini olim Leopoldi, Imper-
atorum et Regum Hungariae descendentes, eorumque Legi-
timos Romano Catholicos successores utriusque sexus, Au-
striae Archiducos, iuxta stabilitam per sacraissimam Cas-
saream ac Regiam regnantem Majestatem, in aliis quoque
suis regnis et Provinciis hereditariis, in et extra German-
iam sitis, primogeniture ordinem, iure et ordine praes-
misso, indiscretibiliter ac inseparabiliter, inuicem et insi-
mul, ac una cum Regno Hungariae, et partibus, regnis,
et prouinciis eidem annexis hereditarie possidentis,
regendum et gubernandum transferunt etc.

*HOMERI ILLAS, EX RECENSIONE SAMVELIS
CLARKII, in usum Scholarum et Academicarum edidit, notas
adpergit, Clauem adiicit, AVG. HERM. NIEMETER.*

Volumen primum.

Halae, impensis Ioannis Jacobi Gebaueri, cum Privilegio
Saxonico Electorali, 1778. plagg. 22.
in 8. mai.

Poësia Homericam, ad omnes deinceps et ligatae et solu-
tæ orationis scriptores, ita transisse, ut plurima inde,

cum rerum, cum verborum ornamenta, suis quique operis intermseerent et intexerent, non est quod multis argumentis doceri debeat. Nec quisquam paullo humanior dubitat, quin ab Homericorum carminum lectione, cognoscendorum intelligendorumque reliquorum omnis generis et aetatis Scriptorum, adiumentum ingens perueniat ad omnes, qui Graecarum litterarum expertes esse nolint. Ut autem adolescentes hunc Poetam studiis frequentent, carum habeant, legant, edificant, opus est et magistris bonis, et editionis comitiodae exemplis non raris et paucis, sed ceteris et paratu facilibus. Sensit hunc defectum, qui lectoriis suis in Halensi Academia hunc poetam interpretari constitueret, Auctor huius editionis, Vir Cl. Satis quidem parabilem esse videbat, quam curavit Hagerus, Homeris Iudiciorum; magna vero intendarum typographicarum copia imprimitam, typorumque tenuitate impeditam, omnibus domique, quae aliquid facere possint ad subleuandum tironem, subsidiis destinata, esse intelligebat. Neque erat in illo viro doctrinae atque ingenitatum, quantum commendando vel tironibus Homero, et enucleando, pertinere quiescebat, non nisi monentibus, intelligitur. Eam autem, quam post Clarkium suis curis ornauit et illustrauit Ven. Erasmus, (quem Deus nobis et litteris seruet,) quam omnibus graecorum litterarum cupidis commendari debeat, quam paucis commendari possit, nemiam fugere arbitramur, qui reputaverit, quam angusta eorum plerumque sit res, qui maxime Graecorum Scriptorum amore teneantur. Adhuc enim bona mentis soror est paupertas. Igitur in noua Iliadi, nam huius tantum, ut videtur, territis continebitur labor, editione adornanda, textum sequi iussit editionem Clarkio-Eroeliam, quam a vulgatis non nisi paucis in locis discessisse constat. Versionem Latinam abiecit. Nam et Homerum numquam assequi; versus elegantissimos et magnum poetac animus vehementer spirantes, frigidissimos reddit.

et ironum denique in legendo studia reprimere intelligebat. Ex eadē editione Ernestiana varietatem lectionis multis in locis notauit, vt aliquem faltem iuuenies materiam haberent, indicium criticum excitandi, acuendi, et adhibendi. Quod consilium nobis, vt dñebebat, vehementer placuit. In animaduersionibus contextui fabieclie duplex se facetur sequutus esse consilium, cum discentium, etum discentium vībus accommodatum: alterum, vt loca difficultate explicaret, sive circumscriptione, sive comparatione locorum parallelorum, vel ipius poetae, vel poetarum Graecorum et Romanorum; alterum, vt iis, quibus explicandi moniti sustinendae partes sunt, copiam praebet, latius et differtius enarrandi poetae virtutes, absconditas praeferit, nec statim cuiusvis se ingerentes notitiae. In his partim opibus Commeniatiorum veterum, Pseudodidymi et Eustathii, partim admonitionis recentiorum, Popii in primis et similiūm detegendis et indicandis adiutus est. Horum etiam imitationes, iudicia quorundam, Klotzii et nonnullorum, de locis Homericis, protulit, refutauit, aut a quibusnam sicut refutata enotauit, ipse non pauca, vernaculo idiomate conversa, dedit. Igitor admiratores recentiorum poetarum opusculorum, hac tanquam cœsi inquit, hoc libenter videntur paratis. Alii, severiores, ea temebunt, quae antiquam et grauenā doctrinam produnt. Quae, quamquam Clarkie et Ernesto fere subiecta sunt, nec tamen temere, sed loco posita pro instituti ratione reperiuntur. Ac, vt specimen aliquid notarum demus, obseruetur, ait ad H. a. 434—441. mira in narrandis rebus minutissimis breuitas. V. 528—530. Locus dignitate ac sublimitate celeberrimus praedicatur. De hoc enim exemplo Phidas se diuinam Iouis Olympii imaginem mutuatum esse profitebatur. Macrobius, V, 13. Cf. loca parall. Virg. Aea, I, 407. X, 115. et Quid. Metam. I, 179. Winkelmann Geschichte der Kunst, Lessing Lagoön. V., 599. Plato hunc locum in re-

prehensionem vocata de reg. l. 3. quam philosophi secundum personam induens, quam aqua artis poeticae iudicis, reputatur. Inquit, quam par sit, ut bone locutus inuenias Klotzium in epist. Homer. p. 75. sq. cuius accusatio non egregie refutari ab auctore libri, Kritische Wælder II, 23. Nimirum et p. yelut non esse immensum risum, sed dulcissimum sanitatis ditinatusque voluptraris sensum, qui diu immortalibus passim tribuatur. Vulcanum non habent agere, sed feruntibus suis ligantibus iras reperiuntur. Nos vero arbitramur, verbis in hanc sententiam acceptis, veram eorum vim admodum infringi, veterorum Grammaticorum explicacionibus obstopi, nihil denique profici ad decorum Homericorum dignitatem defendendam, quam multo graviora, quam risus est, virtus iis tributa, satisfabiles factant. Maxim. Tyr. Diff. 24, 5. non dicitur yelut exagerrare; Sed auctor yelut. Alias exagerrat. Idem Maximus Tyr. Diff. 2, narrat yelut exagerrat. Hesychius αρχαρντις καθηρος, αρχαρης, αλαρης. Il. 8, 212—227. Totum hoc episodium Klotzio aliquo, carminis epicis gravitateque parum decore virum fuisse; quorum accusationes acerbe et diserte refutatio superlaudatum Virtum eruditum, in Kritischen Wældern II, p. 35. sicut et esse profecto pulcherrimam Therfuit, et ad deformitatem et iniuicem, et ad prauitatem corporis insignis, descriptionem, maximeque aptam ad lectoris animos, infinitis ducent contentignibus fatigantur recreandum et distrahendum. Sed verbo distractum pro autem et aliquantum vertere, non bone vtitur V. Clar. V. 700—710. obseruant iubet, quam diserte Protesilaum istum laudaverit, lectorumque de praenatura eius morte commiserationem moderit, argumentis a familiae nobilitate (v. 700. 701.) animi virtute, (702.) militum in eum amore (704. 710.) ductis. Il y. v. 306. Aen. XII, 15 r. admittentur lectores, quoniam curiosus Homerus herorum imaginibus ad naturae exemplum.

exemplar expresse; it, quod saepe in scriptoribus poetis, quic
etiam historicis, desideretur, apud quos non raro in magnis,
quos inducunt, VIII, aliqua constanza ac animi magnitudi-
ni affectio appareat, humanae personae dignitate natura. Ho-
mericos heroes homines esse, humanum nihil a se alienum
putare, V. 409. Notasse Bentleianum ad Hor. Od. L. g.
vix vocatae sy, quam Latini quoque imitantes. Istam
vero elegantiam linguas recentiores profas ignorare, vix
est. Clarkius contendens autem Patriam certe linguae
eum agnoscere ait, v. g. Verachte die Goetter, Du, die Un-
sterblichen nach. Nobis videbatur verissime esse Clarkii
opinio; nec hoc vnde exemplo; per se non fatus apud de-
monstrari latius patetitemi vocabulo istius apud Graecos La-
tinorumque usum; quam in praeципiendo. Il. 5, 194. δότε,
tū, videtur abundare. Forte idem est h. l. quod apud
nos Held Alkmen. Il. 1, 49. αἴρε. Σύ, Epitheta ista bre-
uioresque descriptiones, singularium quos a Graecis videt
ur herorum, multam facere ad summas istam varia-
tum, quam in proeliorum narrationibus admiremur: vid.
de h. v. Popaum. At referuntur quoque aliis generis
quaedam: Il. 1, v. 97. βασις χειρες fuit, ait, μηδ' ὄπλον
βαλλεται ε νοτε Ernesti. Nos pacabamus esse hostiles,
donna ferentes, nocentes; Psal. XXXI, 4. ιθαγύρης ον τιμη
ι χειρ ου. Il. 13, 143. δο' ιτε βασις, qui confusa Agamemnon
fatu perspecta habebant ac cogitata. Sic omnes interpres.
Quid, ait, si legerent ον? — Sensus: Quicunque consili-
tar audirent, mox super omnia V. 543. οφετ. μετ. quibus
nempe continuo pugnabatur. Hoc enim est δρίκεσθαι, cui
opponitur πάλλων; cf. Strab. X. Il. 1, 234. φθορηρας πάλλων;
forte, ait, improprius de gubernatione, ut apud Virgil. Nec
audir currus habent. Non opus est, si quid videmus.
Sermo est de equis, que libenter obtemperant, et delectan-
tibus mixtibus ac rotundis cunctis, a quibus tractari coq-
ueruntur. Domus Xerogallus, de se Equestris, effigie rodimus.

de morte φαντασίαι, καὶ τοις διαδοθεῖσι homines ab equis. V.
441. *Iea θεόντων φρεσίν, non est, inquit, paria meditari,*
sed τοντος δις si acquiporata. Nempto ita haec versio
ferri potest, si meditari sicutur pro exercere, ut saepe.
Et quia verbum φρεσίν in Novi Testamenti quidem libris
de iudicio de rebus et animi affectione erga rem simul dicitur,
apud Graecos autem scriptores fero de affectione sola
ponitur, non absurdum sic φρεσίν πεπτερον adspicere, sibi ex-
rogare. II. 1, 225. οὐδὲ εἰμινός μέτεστος. Ήτος μέτεστος ελπίδα pu-
bertas si iusta pubes. Bene. At quod sequitur, πεπτερον
dicitur inventus, quia appesentissima est gloriae, et gloriæ
quarerendæ aptissima, quamquam est Ver. Exsistū, tamen
veremur ut verum sit. Videatur ἀποδεῖσθαι, laculentus, his
quoque sic ponit, ut N. y, 65. Σεντικαδία δημος, de pa-
chritudine præstanciaque formæ et corporis. Nos autem
facieamus operi, clarorum et illustrium exexplororum Heyni
et Horlesti, ut satis appareat, aenulatione suscepimus, et abfor-
luta altera quoque Iliidis parte, cuius dimidiam tantum
hoc volumen tenet, cum Clave, singulorum verborum ex-
plicationibus instructa, Cl. Auctori laudem allatur.

NOVA LITTERARIA.

PROPOSITA SUBSCRIPTIO OPERIS CVI NO-
men: Historia Critica comitatus Hollandiae et Zelandiae,
Auctore A. KLVIT, eloq. et ling. graec. Profess. in illustra-
athenaeo Mediolurgi in Zeelandia, videlicque Scholarum

R. C. M.

Nemo ignorat, et ne ipse quidens exterius distebuntur,
quoniam perum nota extensis suorumque Comitatus Hol-
laan.

landas et Zeelandias Historias; et per quam spissas tenebrarum nebulas penetrare ii debeant, qui linguae Belgicae cognitione destituti, vel manere cogente, vel impellente animo, quidquam antiquioris nostrae Historiae prodere metnoriae aggressi sunt; Germanos praesertim inuio, et Gallos. Immò in rebus huius aetati propius adnotis dolore Nostrates, interdum vix nostrarum regionum eam, quam per effet haberi rationem. Ipse ROBERTSONVS, cogitans et cetero qui Vita Caroli V. Imp. Comitis nostri scriptor, hoc in parte culpa vix innocentis nonnullis prohibetur. Quam tamets Item ut nostram facete prorsus discressimus, ita fatidum tamen est, vultum nostrorum Comitum historiam, originem, vicam, fata, iura, dominia, feuda, tanta adhuc caligine esse obruta, ut non modo peregrinis, sed ipsi etiam indigenis, operae hinc premium facturus esse auctor videatur, si illorum res illustratum eat. Ut autem sciret Lector, quid exspectare posset, non ante de subscribendis nominibus cogitatum est, quam quaedam Operis particula, grada liberata, in publicum prodire iuberetur. Prodit igitur nunc Prior Pars Tomi primi, quae complectitur: *Chronicon Comitum Hollandiae, omnium quotquot sunt antiquissimum, quod XII. priorum Comitum res gestas usque ad insolite ADAE, Comitissas, Ludouici Lessensis uxoris, fata, reconsat p* quodque tamquam reliqui Operis basis et fundamentum futurum est, perpetuo uberrimoque ab editore *Commentario Illustratum*; adiectis etiam D^r. virorum A MATTHAEI, DOVZAE, SCRIVERII, aliorumque obseruationibus. De quo videri potest Praefatio ad Lectorem.

¹ *Pars altera* huius Tomi, quae deinceps sequetur, complectetur *Excursus aliquot*, ad quos in Chronico. suepe prouocatur; qui ut ad pleniorem rerum intellectum omnino faciunt, ita prolixitatis ergo int alteram hanc Partem reiecti sunt, et tot circiter paginarum plagulas, quaterniones quo

vocant, continetque, quæ prior Pars. Sunt autem sequentes XI.

Excurſus I. ad a. 728. p. 9.

Num S. Welfonnes Episcopus Seuronensis Radbodium Frisorum Regem a. 719. aquis febris luctare potuerit? Quæ occasione JONAE FONTANELLENSI vita S. Welfonis scriptoribus affunditur, ut eius interpolaciones indicatorum.

Excurſus II. ad a. 863. p. 16.

De vera origine regum Thoerici, Eredi, Leodi, Alani, Noemagi, et familiarium.

Excurſus III. ad a. 1018. p. 44.

De prima Zuidhollandia, olim sub Mercadoria et Flardinges nomine cognitæ, occupatione per Comites Hollandie postea dictos.

Excurſus IV. ad a. 1057. p. 48.

Vindicise Chronicæ Hollandiae contra Vir Illi Hugdecop. Super infœdatione Walacriæ facta ab Henrico Imperat.

Excurſus V. ad a. 1063. p. 50. 53.

De factis et rebus gestis Roberti Frisori Comitis Hollandie postea Flandriæ, præsertim in Hollandia.

Excurſus VI. ad a. 1063. p. 53.

De Hollandia et Frisia sub Roberto Frisone distinctione.

MENSIS APRILIS A. MDCCCLX XVI. 185

Excursus VII. ad a. 1168. p. 118. et 158.

De Zeelandia Occidentali, et quomodo inter Flan-
driae et Hollandiae Comites iuris controveneri dicta sit.

Excursus VIII. ad a. 1198.

De Comitatus Oostergoae et Westergoae conditione sub
Wilhelmo I. post Com. Hollandiae, fratre Theoderici
VII.

Excursus IX. ad a. 1200. p. 173.

Vindiciae Chartae Brabantinae de Fendo Zuidhollandias
a. 1200.

Excursus X. ad a. 1103. p. 176. sq.

De iure devolutionis Comitatus Hollandiae post mor-
tem Theoderici VII. Comitis, relictis filia Ada, et fratre
Wilhelmo.

Excursus XI. ad a. 1203. p. 180. 188.

Genuina Ada, Comitissae de Los, vxoris Ludouici
Comitis de Los, post illorum fugam, ex authenticis Docu-
mentis et coaevis Scriptoribus illustrata, vindicata.

Tomus II. complebetur Codicem Probationum ad ante-
cedens Opus Spectantium, id est, Codicem integrum
Chartarum sive Diplomatuum, maximam partem inedito-
rum, et ex ipsis Originalibus cum Sigillis de promotorum; ex
quibus multa priorum Comitum Sigilla, haec tenus nec no-
tis in terris, nec alibi unquam publice visa, una cum
Scripturae specimen in aës incidentia, curabuntur. Chartae,
quas dabo, ex Archiis Insulensis, Bruxellensis, Namur-
ensis, Medioburgenensis, varisque Abbatis de promtæ,

Aa

numerum 300. excedent; quamquam duntaxat ab a. 839. usque ad annum 1324. sese extendant; quorum ingens pars FRANCISCO VAN MIERIS, nostri Codicis Diplomatici Comitum Hollandiae et Zeelandiae Conditori, penitus fuit incognita, vel non exhibita, vel Belgice tantum, vel mendose edita.

His Tamen duobus, qui integrum per se corpus absoluunt, succedit proxime ipsa Comitum Hollandiae et Zeelandiae Historia critica, variis absoluenda Dissertationibus, an dicas Commentationibus, pro rei argumento plus minus prolixis, quarum hic sequitur Catalogus.

Dissertatio I.

Dissertatio Chronologico diplomatica, quam omni inter posterum dubio eximetur, duas illas Donationum Chartas, quas haec tenus plerique Nostratum, immo et exteri, Carolo Caluo a. 863. et Ludouico German. a. 868. attribuerunt, non alios agnoscere datores, nec annos, quam Carolum Simplicem a. 922. et Lotharium Reg. Francorum a. 969. Vnde laetior postmodum lux Historiae Comitum, et explanator rerum series euadet.

Dissertatio II.

Dissertatio Critico genealogica, sistens Origines et Genealogiam Comitum Hollandiae, ex Domo Widikinda, Billungana, et Gandauensi repetendam.

Dissertatio III.

Dissertatio Critico-historica, de Regno Frisiae et rebus gestis inde ab aduentu Sancti Willibrordi a. 690. usque ad a. 734. quo quidem anno Regnum Frisiae, sub Carolo Martello, Franciae Maioredomus, in potestatem Francorum denit, et in Ducatus formam redactum est.

Dif

Dissertatio IV.

Dissertatio Historico-politica de Francorum Imperii administratione politica; vbi de Francorum Rege, populi conditione, et eius statu quadruplici, Praefatis, Comitibus, Dynastis, Ingenuis, ac Rusticis. Porro de Regis dominis (Domainen); de bonis Ecclesiistarum, Nobilium et Ingenuorum. Inquiritur, quae sit natura Fidelium, seu Vasallorum; quae ratio Beneficiarum sive Feudorum, et origo Dominiorum (Gall. des Seigneuries). Quid sint Duces, Comites, Comitum Vicarii et Centenarii, Scabini, Missi Regii, Pagi. Denique Francorum Placita, Regum Palatia, Leges, Capitularia eatt. strictim explicantur.

Dissertatio V.

Dissertatio Critico-historica de rebus in Frisia gestis ab 2. 735. usque ad annum obitus Caroli M. 814. in qua de multipli et iterata Frisiae inter Francos divisione; de rebus S. Bonifacii nostris in terris; de Radbodi Regis Frisiae posteris; de bellis Frisonum et Saxonum cum Carolo Magno gestis. Denique disquiritur, qua in re proprie constituerit illa libertas, quam sibi a Carolo M. donatam Frisiis tantopere iactant.

Dissertatio VI.

Dissertatio Historico-politica, sistens origines Frisorum politicas sub regibus Francis: in qua fuisse ex ipsis Chartis et coaeuis monumentis probatur, omnia ea, quae Dissertatio IV. de administratione Francorum politica differuntur, et iam in his terris per haec tempora valuisse, et locum obtinuisse, agiturque de Statu Populi Frisiae in genere; in specie de Ecclesiasticis, Dynastis, et Comitibus, de Ingenuis et Ieruis, horumque differentia, ministeriis, ac iuribus. Rer. cap.

censemur Frisiae Duces, et Comites, Regum et Fisci in
Frisia Bona; Bona Ecclesiarum, et Dynastarum, eorumque
crescens potentia. Porro iura Comitum, et origo Comitum
hereditariorum, imprimis Hollandiae, Teisterbantiae, Zu-
phaniae, Cliviae, Bentheimiae, etc. summatim pro-
posita.

Dissertatio VII.

*Dissertatio Historico-iuridica, de formis iurisprudentiarum
Frisorum sub Regibus Francorum, historice proposita.*

Dissertatio VIII.

*Dissertatio Critico-historica de rebus Frisiae gestis sub
Regibus Francorum, a Carolo M. vsque ad captiuitatem Ca-
roli Simplicis Reg. Francor. ab a. 815—922. quo anno
922. Theodericus Comes sua dona ac bona a Rege Fran-
corum accepit, quando Regnum Lothariense ditionis German-
icæ esse cooperat.*

Dissertatio IX.

*Dissertatio Historico-politica, sistens Pagos mediæ acie
Friscos, ex chartis et coaevis monumentis maximam partem
petitos et illustratos; ordine alphabetico propositos, in qua
multis locis emendatur; explicatur ALTINGIVS.*

Dissertatio X.

*Dissertatio Historico-politica, sistens Origines ciuiles
Hollandiae seu Frisco-Hollandiae sub Germanis Imperato-
ribus, variis partibus absoluta:*

1) *Habitus seu relatio Episcoporum Traiectensium
et Comitum Hollandie erga Imperatores Germaniae, vñz
tum Catalogo Comitorum Imperii, quibus Episcopi et Co-*
mi-

mites, tamquam Principes Imperii; interfuerunt, nempe in Imperatoris electione, unione, et coronatione, aliquaque publicis Imperii deliberationibus. Adduntur Imperii Comitiae in nostris regionibus, Traiecti ac Neomagi, ab Imperatoriis celebrata.

2) Quid armis Episcopi et Comites Imperio R. G. praestiterint.

3) Officia alia ab Episcopis et Comitibus extra ordinem Rom. Germ. Imperio praestita; ubi docemur, inter nos Comites fuisse Imperii Vicarium, immo et ipsius Regem Germaniae.

4) Hollandiae Comitum agendi ratio cum vicinis poteritis.

5) Ratio et relatio Comitum erga Ordinem Equitum, (Milites olim dicti), ac Terrae Nobiles; deque eorum status immediatus ac mediatus, et iure, in Comitatu Imperii publicis.

6) Iura Comitum in propriis subditos, in quibus sequeantia noua methodo discutiuntur: a) Honagium a subditis Comiti praestandum, seu potius inauguratione Comitatus sollemnis, ac disserimen inter Homagium Nobilium et praestationem fidelitatis Vrbium. b) Privilegia Comitatum cum fundamentalia, cum munificie, postero tempore urbibus priuatisque concessa. c) Status Rusticorum et Ciuium. d) Origo Vrbium Belgicarum, earumque crescentia potentia; Origo Magistratuum, iuris Municipalis, ac Gildarum. e) Origo Statuum suis Ordinum Provincialium: 1. Nobilium, 2. Vrbium. f) Regimen politicum Comitatus, et diuisio-

190 NOVA ACTA ERUDITORVM

in Satrapias. 3) Administratio Iustitiae, et erectio Curiarum.

Dissertatio XI.

Iurisprudentia Hollandica ac Zeelandica, sub Germanis, Historice proposita, vbi de introducto vel admissio iure Iustiniano in Terras nostras.

Dissertatio XII.

De eo, quod Comites nostri, vel. Alodii, vel. Feudi Imperialis titulo possederunt: duabus partibus, quarum prior continet: 1) Alodia Comitum, quantum spectant cum ad bona auita, tum ad comparata per Regum aliorumque donationes; per arma; per hereditates, permutations cert. ex-chartis aliisque monumentis illustrata. 2) Quid Feudi iure veniat in Comitatu Hollandiae et Zeelandiae; vbi differitur de Iurisdictione Comium, de Regalibus, de cœbra Comitatus apertura, indeque orta Hoekiorum et Cabelliorum tumultu; de Homagio Imperio R. Germ. pme, stando ac praestito, et id genus alia.

Dissertatio XIII.

De Origine, diuersitate, et natura Feudorum Belgiorum, imprimis Hollandicorum et Zeelandicorum; ex quibus Feudorum diuersitas 4. Capp. absolvitur; 1) De Feudis a Hollandiae Comitibus datis, in eoque de Curia feudali erecta. 2) De Feudis Comitibus raptis. 3) De Feudis Comitibus oblatis. 4) De Feudis Comitibus emptis aut alio onere acquisitis.

Accedent Indiees variij generis.

Quae omnia duos tresue Tomos iustae magnitudinis complettentur. Ex sucoincta autem argumentorum serie satis

fatis intelligi potest, quid sibi tractandum sumserit Auctor, et quantum lucis genuinae Veteris Hollandiae historiae sit attatus. Vt vero non alia est mens est, quam ut publicae inseruat utilitati, atque idcirco nulli pepercit, nec parcit, labori impensisue, quo ea sibi comparat administrata, quae rebus illustrandis inseruant: tamen ut Typographorum veris obtemperet, ipsum Opus per *Subscriptionem* offert, his conditionibus: 1) Quicunque integre Operi subscripterit, is, sicut reliquos Tomos, ita et huius Tomi, quae nunc editur, Partem priorem, sibi *precio quarta parte minor* comparabit, quam qui subscribere hand dignantur. Eadem quoque obtinebit ratio in *Tabulis aenris Sigillorum et veteris scripturae specimenum*. Ut autem sciatur, quanti aeris pretio constitutum sit opus, pro singulis plagellis, quales nunc offeruntur, non amplius debebit Subscriptor, quam sesquifuerunt, siue 12. Chalcos Monetae Holland. 2) Similatque modicus Subscriptorum numerus aderit, integrum porro Opus typis plane novis imprimetur, et a distracta hac Parte singulis annis singuli Tomi praelo libera-buntur. 3) Nihil in antecessum soluetur, sed numerato demum opus erit argento, quotiescumque quis in publicum predeat Tomus. 4) Nomina Subscriptorum, ubi commode id fieri poterit, honorifice exhibebantur.

Vbicunque hic Conspectus publice prostat, vel in Diariis Eruditis cum lectori communicatur: ibi fieri subscriptio poterit, imprimis apud Librarios, qui ut eam mittant ad P. GILLISSEN et I. DE WINTER, typographos Medioburg. in Zeelandia, rogantur. —

Nos vehementer oplamas, ut eruditissimi Auctoris confitum, omni historiae, Belgiae in primis, multis modis profutrum, felicissimum eventum sortiatur, neque ullis impedimentis fuf.

190 NOVA ACTA ERUDITORVM

in Satrapias. 5) Administratio Iustitiae, et erexitio Curiarum.

Dissertatio XI.

Iurisprudentia Hollandica ac Zeelandica, sub Germanis, Historice proposita, vbi de introducto vel admissio iure Iustiniano in Terras nostras.

Dissertatio XII.

De eo, quod Comites nostri, vel Alodii, vel Feudi Imperialis titulo possederunt: duabus partibus, quarum prior continet: 1) Alodia Comitum, quantum spectant, cum ad bona auita, tum ad comparata per Regum aliorum, que donationes; per arma; per hereditates, permutationes cert. ex-chartis aliisque monumentis illustrata. 2) Quid Feudi iure veniat in Comitatu Hollandiae et Zeelandiae; vbi differitur de Iurisdictione Comium, de Regalibus, de cetera Comitatus apertura, indeque orta Hoekiorum et Cabellaiorū tumultu; de Homagio Imperio R. Germ. ptes, stando ac praestito, et id genus alia.

Dissertatio XIII.

De Origine, diuersitate, et natura Feudorum Belgiorum, imprimis Hollandicorum et Zeelandicorum; ex quibus Feudorum diuersitas 4 Capp. absolvitur: 1) De Feudis a Hollandiac Comitibus datis, in coque de Curia feudali erecta. 2) De Feudis Comitibus raptis. 3) De Feudis Comitibus oblatis. 4) De Feudis Comitibus emto aut alio onere acquisitis.

Accedunt Indiees variij generis.

Quae omnia duos tresue Tumos iustae magnitudinis complectentur. Ex suciincta autem argumentorum serie fatis

fatis intelligi potest, quid sibi tractandam sumferit Author, et quantum lucis genuinae Veteris Hollandiae historiae sit afflatus. Vti vero non alia est mens est, quam ut publicae inseruat utilitati, atque idcirco nulli pepercit, nec parcit, labori impensisue, quo ea sibi comparat adminicula, quae rebus illustrandis inseruant: tamen ut Typographorum vetus obtemperet, ipsum Opus per *Subscriptionem* offert, his conditionibus: 1) Quicunque integre Operi subscripterit, is, sicut reliquos Tomos, ita et huius Tomi, quae nunc editur, Partem priorem, sibi pretio quarta parte minor comparabit, quam qui subscribere hand dignantur. Eadem quoque obtinebit ratio in *Tabulis aeris Sigillorum* et veteris scripturae specimenum. Ut autem sciatur, quam aeris pretio constitutum sit opus, pro singulis plagellis, quales nunc offeruntur, non amplius debebit Subscriptor, quam fesquistuerunt, siue 12. Chalcos Monetae Holland. 2) Similaque modieus Subscriptorum numerus aderit, integrum porro Opus typis plane novis imprimetur, et a distracta hac Parte singulis annis singuli Tomi praelo libera buntur. 3) Nihil in antecessum soluetur, sed numerato demum opus erit argento, quotiescumque quis in publicum prodeat Tomus. 4) Nomina Subscriptorum, ubi commode id fieri poterit, honorifice exhibebantur.

Vbicunque hic Conspectus publice prostat, vel in Diariis Eruditis cum lectori communicatur: ibi fieri subscriptio poterit, imprimis apud Librarios, qui ut eam mittant ad P. GILLISSEN et I. DE WINTER, typographos Medioburg. in Zeelaadia, rogantur. —

Nos vehementer optamus, ut eruditissimi Authoris consilium, omni historiae, Belgicae in primis, multis modis profutrum, felicissimum eventum sortiatur, neque ullis impedimentis sus.

*fflaminatum lucem dideat quantocayus. Non committemus,
quamprimum, beneficio auctoris, liber in manus nostras venerit,
et ne nos negligant lectores nostri laudes ear, quibus prosequi do-
ctissimum auctorem instituti laudatissimi oporteat.*



NOVA ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsiae

Calendis Maii Anno MDCCCLXXVI.

D. IOH. PETRI MILLERI INTRODVCTIO
plena in Theologiam Moralem in genere, et in Moshemian-
nam in specie.

Lipsiae 1772. 4.

Autor Libri V. Cl. cum caeteros huius generis libros,
nec Moshemiano excepto, non satis probaret, non
inanem operam sibi visus est collocare, in ista introductio-
ne elaboranda. Idem et nos existimamus. Nam si fidei
doctorum maxime interest, accurata aliqua dogmatum in-
stitutione vti; eorum non minus est curare, vt, qui de Chri-
stianis moribus recte praecepturi sunt, sanctiore morum di-
sciplina rite imbuantur. Nostris enim temporibus, quum
multi Christiani ritus doctores, de vita ad Christi nor-
gam componenda exposituri, parum sibi temperent quin

B b

ad

ad Ethnicorum Naturalium placita quam proxime accedant, optime suas sibi partes agere visi, si illecebras orationis, et aurum potius titillationem, quam veram abundantium utilitatem, consequentur: operae pretium facere videntur, qui illorum vanitati occurunt, ne seris et gravissima morum disciplina in nugatoriam et circumforanem aliquam artem degeneret. Sed res in eo verti videtur, ut anquiramus, quae vis esse debeat eiusmodi Introductionis utilis et necessariae, et limites definiamus, quibus circumscripta modum ne excedere videatur: est enim eius notio nuper ita incerta facta, vt sibi plane non constare videatur; partim illa adeo vaga, vt res contineat ab se alienissimas; partim sibi eam vim vendicante, quam compendii verbo tribuimus. Autor quem sensum illi tribuat, exposita mox libri indole, patebit legentibus. Absoluitur is duabus partibus, vtraque in minores sectiones, iisque mox in alias, distinctis. Quod primo loco positum est, generatim de moralitate agit, quadripartitum: 1) de felicitate humana in genere, 2) de primariis notionibus disciplinae moralis, 3) de observationibus psychologicis earumque usu in explicandis morum praeceptis; vbi de voluntate et intellectu agitur, 4) de natura hominum morali, siue omnium, seu singulorum: at hoc supersedere potuit Autor, spectat enim ad Philosophiam moralem. Nam qui Theologiam moralem discunt, ut eam alios doceant, eos consentaneum est prius Philosophiam et Psychogiam didicisse: quare haec aliena videntur, neque hic nisi partis alterius usus esse tripartitae, et 1) de lege diuina agentis. Sed, quaeſo, unne ea tractatio velut fundamentum totius disciplinae ad ipsam officiorum expositionem pertinet Christiani hominis? De vera ratione et ambitu Theologiae moralis 2) et de norma animi interna actiones liberas componendi, siue de conscientia 3) actum est. Conscientia, vero et genuino sensu sumta, ad Theologiam moralem pertinet; et

Pau-

Paulino specialiori, quem autor hoc loco amplexus est,
conveniens nihil est quam de nostra viuendi ratione, rectane
 sit, quam sequamur, an prava? iudicium. Atqui hoc vel
 ad intellectum pertinet, qui non recte norma dici videtur,
 vel ad aliorum instituta, quae non ad nostrum de iis quale-
 cumque iudicium exigenda sunt. Patet enim per se, si ve-
 luntas nostra normae caudam diuinæ conformanda sit, iu-
 dicium *vnius cuiusque nostrum* ad illam exigi oportere:
 at illud non conscientiam vocamus, et in accurato et subti-
 li sermone vitanda sunt eiusmodi ambigua, et si non e vi-
 ta prorsus eliminari posse videantur. Nam curus fabri aut
 opificis tum interna aliqua norma fingitur, cum, si quod
 opus struit, illud ad normam fabrilem expendat? Omnis
 agitur in Theologiam moralem Introductio parte secunda
 absolvitur, copiosa sane et erudita, tamen, si quod res est
 spectus, nismis succincta. Primo loco definitum est ar-
 gumentum Theologiae moralis: deinde prodiit sunt eius,
 qui de illa recte Christianis praecepturus est, adminicula
 et indoles, id est, quibus litteris instructus, et quo animo
 esse debeat: pio nimis, ne perfuntorie, sed cum vi-
 tium contentionem suas partes agat, p. 304—312. Dein-
 ceps a p. 313—368. fata huius disciplinae, a primis
 Christianorum initii ad nostra usque tempora, prosecutus
 est autor. Iam ad alia digrediamur, quae hinc inde in li-
 bro occurrunt, partem alteram potissimum amplexuri,
 quod de theol. mor. vere praecepit, non tamen altera,
 et si minus huc facere videtur, plane omissa. P. 245.
 sub legi diuinæ nomine comprehendit autor praecepta le-
 fu, de vita hominis cum interna, tum externa, eorumque
 rationes; quae omnis virtutis et sanctificationis regula
 sunt: at facultas his praeceptis inhaerendi a fide profici-
 scitur, cum latiori, tum, et maxime, strictiori, per quam
 homo particeps redditur salutis per Christum partae, et ad
 illam consequendam, ab ipsa Dei virtute, nisi impedit
 agentem, vires nancisciur. Haec praecepta, cum colle-

cta in ordinem digessit, tum quo modo a Christo prodicuntur, indicauit, §. 91—95. Rationum quoque, prout iis ad honeste viuendum vel mouemur, vel obligamur, proposita sunt genuina discrimina; quamquam utrisque hoc inter se commune est, ut mouent animos, §. 96. Praeceptis Christi, quae et noui foederis vocantur, omnes Christiani obligamur, pariter ac lege genus humanum naturali, et gens Israelitarum Mosaica obstringitur. §. 97. Autor exigit, lege Mosaica Israelitas tantum tenet, non que adeo moralem eius partem vlo modo ad Christianos spectare: cuius praecelta, quia causas officiorum sive naturales, sive morales, nullas contineant, satius esse ex natura rerum, et Christiana reuelatione rationes peti, quibus homines nostri ad recte viuendum inuitentur, non tamen ex libris Mosaicis: quasi uno fonte, quae res huc usque obtinuit, improbanda auctori: 1) Quod Moses non morum religionisque magister, satis enim populus ab utroque instructus erat, sed Dei legatus fuit cum potestate et imperio, cui Israelitae obtigerant prae reliquis populis Deo cari. Quare 2) et 3) edicta huius viri, externam regiminis et religionis formam spectant: neque enim rationibus suadent, sed arbitrii, sive poenis coercent, sive praenaii aliqui sententia videri neminem fuisse, qui eos ad honeste viuendum erudiret, ita expedit, ut aut senatores aut faceedores cum contribulibus Leuitis Iudeorum magistros faciat. Quod tamen nobis non probatur: quis enim ante istorum tempora huic rei operam dederit non videmus, cum nec successu quidem temporis illi doctores fuerint, nedum ab initio; nec locus Malach. 6, 7. quicquam probat, quod legem Mosaicam tantum respicit. Ceterum auctor non negat, in instituendis Christianis usum aliquem esse Psalmorum et reliquorum Prophetarum, si praeceptrors morum agant; non tamen probat, si quis in publica supplicatione

fors

solenitate, loca V. T. proponat, quae Idololatris et Sacerdotum profanatoribus, supplicium minentur. Denique ad confirmandam hanc sententiam Paulum testem adhibet multis in locis, vbi Christianos legi Mosaicae subesse negat: verum cui haec parum certa videantur, non illum abscedat, quo minus ab hac sententia discedat.

Quae etiā ut plurimum probanda videntur, multa tamen sunt quae in ea discutias: nimirum, quod Christus et Apostoli legem Mosaicam, et nominatum Decalogum allegant, cū de officiis praeciipiunt; nobis tamen videtur et eorum posse rationem inueniri, si quis cum genus hominum quibus praeceperunt, tum vim illarum legum, recte consideret. Inter commoda quae ex hac sententia emanant, et quibus probabilior efficitur, illud maximum est, ab auctore allegatum, de gradibus prohibitis: sic enim omnia matrimonia, nisi quae iure naturae nulla sunt, contrahi poterunt; quae verba autoris p. 279. leguntur. Nobis tamen hoc inde non magis sequi videtur, quam illud, nullas esse leges positivas, quamvis diuerso sensu ab illo autoris, cui pro arbitrio datae sunt, sine aliqua siue utilitatis seu rationis evidenter: cuiusmodi nulla est inter omnes leges Mosaicas, quas arbitrarias existimamus; neque enim sequitur, legem, quod pro arbitraria habemus, ideo omni ratione et utilitate destitutam esse debere. Autor deinde recte factorum notionem informat, et de vi, ratione, sine praemissa que Christianae virtutis differit. P. 291. contendit, hominem non Christianum, si honestati studeat, quam omnes a natura et sapientiū praeceptis docemur, posse eum bene agere, adeoque eius bonis factis Deum posse delectari, bona tamen opera in eum non cadere. Quae oratio, quomodo sibi constet, non videmus: nam actio et opus hoc sensu non differunt, neque haec Graeci homines vulgo aliter exprimunt quam per ἔγος; nec verba, quae apud Germanos

nos utriusque voci respondent, aliter differunt, quam quod alterum vulgi, alterum Philosophorum sit. Mox sanctimonia vitae Christianae ad notionem boni operis expenditur, disceptata quaestione satis nota, an et quo sensu illi sanctimoniae perfectio competit? Ad alteram partem, quam iam supra tetigimus, pauca videntur monenda esse, quae ad Patres spectant, morum in veteri Ecclesia doctores. Autor fecutus est in hoc genere vulgarem rationem; non autem sunt illi, quos omnes vel laudemus, vel vituperemus, inter veteres Christianorum doctores. Quidam, (muli eorum qui ad nostra tempora peruererunt,) in disciplina morum errores fuerunt; sed hi hominum fuerunt, non disciplinae; sicut e nostris hominibus multi errauerunt, quod Lutherismo neutquam vitio vertendum est. Ceteruna haec ad historiam dogmatum moralium pertinent, non vero ad Introductionem in Theologiam moralem, eadem ratione, qua historia fidei dogmatum, et variorum in iis errorum, aliena est ab Introductione in Theologiam dogmaticam. Haec autorem non fecellissent, vt nobis videtur, si in definienda morum doctrina, finem methodi systematicae simul edidisset, qui est, vt futurus doctor Christianus, nostris hominibus de vera vitae sanctimonia et virtute possit clare et accurate praecipere, eosque mouere vt illis pro viribus studeant: et sic illam tractationem eius Theologia moralis, quae in canonibus et conciliis deprehenditur, quod haec ad disciplinam ecclesiasticam spectant, sine dubio omisisset. At aliquam Asceticas historiam, descriptamque eius genuinam indolem, desiderauimus, quae tamen pars est partis practicae Theologiae moralis. Pag. 353. excusauit se A. quod de scriptis nostrorum asceticis tacuerit, quare facile carere poteramus; promittit tamen, alio tempore hanc rem ab se traditum iri! Sed in genere quaedam de Ascetica monere, non minus necessarium fuit, quam de Mystica, ab hac multum diuersa. Pag. 9. prae*f.* ex animi no-

atri

stri sententia dicitur is minime more scripturae S. docere, qui voces et sententias biblicas, id est Hebraicas et Graecas, ad verbum expressas, e concordantius et lexicis compilit: hoc enim impediri homines, quo minus claras et distinctas rerum notiones consequantur; nec litteras sacras homines erudire vel mouere illo modo posse, nisi nostro dicendi more explicatas, cfr. p. 253. P. 13. Psychologiam desiderauit, qua doceremur quae libri sacri de viribus et effectis animorum nostrorum suo modo inoneant. Putauit quondam huc pertinere quae in Roos fundamentis Psycholog. ex S. S. collectis leguntur; sed nihil fere deprehendit, quam loca ex concordant. collecta, vbi verba nephesch, psyche, ruach, pneuma, lebh etc. occurunt, omisis plane versionibus Graeca et aliis, quae in eam rem consuli debeant. P. 264. Autor se iam pridem censuisse dicit, ne in Catechismis et aliis Christianorum libris, quibus rudes instituantur, officia ad ordinem decalogi disponantur: sed totam hanc disciplinam deducendam esse ex iis locis scripturae S. quae eam rem clarius et uberiorius tractent, maxime N. T. In hanc opinionem adductus est iisdem rationibus, quibus Lutherus ad componendum Catech. min. inuitatus est, et ipsa illius libelli praefatione, vbi cuiusque arbitrio permisum est ius aliam, formam eligendi. Certe vir magnus, si viueret, Catechismum modo longe diuerso scripturus esset: at illam sententiam necessario fouet, qui vt §. 97. legimus de decalogo sentit; et est illa bene monentis oratio, vtut nihil profecturi. In recensendis PP. scriptis, quibus officia Christiana tractantur, autor videtur, interdum aliorum ex his excerptis inhaesuisse. Clementis Paedagogus ipsi puerorum magister nostra lingua vocatur, nec illi cum finis libri, tum eius habitus ad Stromata, satis noti esse videntur. Chrysostomum, ait, in sermonibus in loca s. librorum, et Paulina, multa de officiis eaque praeclara docuisse, sed dolendum esse, quod nimis declinatoriae vanitati

tati indulserit; quorum verborum quae sententia sit non satis compertum habemus. Si Homiliae in Euangelistas et Epistolas Paullinas et ^{ad} alteram cuiusque partem dicit, illae quidem non sunt sermones sacri, nec in illis, ut in his, rhetoricius est: contra Homiliae in Matthaeum primo loco sunt habenda, nec est quod futuris oratoriis sacris magis commendandum sit. Erga Scholasticos summa sequitate usus est, quorum causam egit aduersus eos, quibus, quamvis ignoti, deridentur: neque ipsorum esse vita, sed potius temporum habenda esse. Non tamen de iis vniuersitate quicquam statuendum erat, nec illi, ut vulgo in commentariis hilt. sacr. vocantur, doctores scholae et vniuersitatis dicendi fuerunt: est enim Scholasticus is, qui, quae ex ratione et libris s. cognoscimus, in formam artis digerit, adhibita argumentorum et sententiarum perspicuitate et ordinis concinnitate; et sunt Scholastici doctores, quibus Theologia systematica multum debeat, quorumque aliquis et in Theologia morali sit honos, sed ita operae pretium fecerunt, ut materiam cuiusque rei inuenierunt. De mystica morum disciplina bene monet autor, illam, ut reliquam My. sticen, melancholicis esse periculosam: talia sunt fere hypochondriacis Apocalyptic Sueorum somnia. Cum questus est, deserte Lutheri methodo officia Christiana expnendi, libera et naturali (nimirum ut est in Postillis domesticis et quibusdam libris,) Melanthonis Philosophico Scholasticam arreptam esse, non satis intelligimus quid haec sibi velint. Philosophicum et Scholasticum unum idemque est, et philosophica, id est systematica methodus, perutilis est, si recte adhibetur: illa Lutherio, cum Melanthoni necesse esset, ut non licuit.

MENSIS MAIUS A. MDCCCLXXVI. 201

VARIA AD ELLIPSIM SPECTANTIA,
Autore Archidiacono IO. FRANCISCO de TVSCHIS
a Fagnano, ex S. Honore Marchionibus, Patricio Ramus

tati indulserit; quorum verborum quae sententia sit non sa-
tis compertum habemus. Si Homiliae in Euangelistas et
Epistolas Paullinas et $\gamma\delta\alpha\kappa$ alteram cuiusque partem dicit,
illae quidem non sunt sermones sacri, nec in illis, ut in his,

VARIA AD ELLIPSIM SPECTANTIA,
Auctore Archidiacono IO. FRANCISCO de TVSCHIS
a Fagnano, ex S. Honori Martionibus, Patrizio Romano

et Senogallianus

Theorem. I. Fig. I.

In Ellipsi A B D E, cuius axes sunt rectae A D, B E, et
 centrum punctum C, circumscripto rectangulo
 T V S R, inscribatur parallelogramum B A E D, et ductae
 sunt diagonales T C S, V C R, quarum secantes in pun-
 ctis F, G, I, L, et parallelogramum in punctis N, P,
 Q, M.

Dico in eo rectas F C G, I C L esse Diametros inter se
 coniugatas: Secundo etiam esse inter se aequales.

Demonstratio Partis Primae.

Per constructionem $\overline{T A} = \overline{T B}$, ergo B A paralle-
 la ad A V, id est ad Diametrum L I.

Vt igitur $T N = N A = N B$, sed $C V = C R$, ideo-
 $\overline{T C} = \overline{C V} = \overline{C R}$
 que $N A = N B$, eritque A B a Diametro F C G bisariam
 diuisa in N.

Simili modo demonstrabitur, rectam E D parallelam
 esse ad Diametrum L I, et aequaliter a Diametro F C G di-
 uisa in O; consequenter per Definitionem II. Tractatus
 Ellipsis P. Gregorii ex S. Vincentio, (ad quem in sequenti-
 bus habebitur ratio,) rectae A B, E D, erunt ordinatae ad
 Diametrum F C G.

Co-

C c

Non

Non secus demonstrabitur, rectas A E, B D parallelas ad Diametrum F C G ordinatas esse ad Diametrum I C L; erunt ergo per Definitionem IV. Diametri F C G, I C L Diametri coniugatae Q. E. P. D.

Demonstratio Secundae Partis.

Per constructionem, cum recta T A sit axe B E parallela, per Proposit. XIII. curvam tanget in A.

Vidimus superius rectam A B ordinatam esse ad Diametrum F C G et rectam A E ad Diametrum I C L, ergo per Proposit. XXXII.

$$\begin{aligned} C N \times C T &= C F^* \\ C M \times C V &= C I^* \end{aligned}$$

Sed per constructionem $C N \times C T = C M \times C V$, ergo $C F^* = C I^*$, at $C F = C I$, et per Proposit. VII. erit Diameter F C G aequalis Diametro I C L. Q. E. Secundo D.

Corollarium I.

Si iungantur puncta F, et I, cum sit $\frac{CV}{CT} = \frac{CI}{CF}$ nempe ratio aequalitatis, erit recta F I parallela ad T V, consequenter bifariam, et ad angulos rectos ab axe diuidetur in Q.

Corollarium II.

Ideoque non solum per constructionem, sed per corollarium praecedens ang. A C F = ang. A C I, et semiaxis C A aequaliter diuidet angulum a semidiometris aequalibus contentum.

Co-

Corollarium III.

Per constructionem $C N = \sqrt{C T}$; ergo
 $C N \times C T = \sqrt{C T}^2$; sed per constructionem $C T = \sqrt{CA^2 + CB^2}$
 et $C F = \sqrt{CA^2 + CB^2}$; ergo $C N \times C T = \sqrt{(CA^2 + CB^2)^2}$
 sed ut vidimus in demonstratione secundae partis Theorematis $C N \times C T = CF^2$, erit igitur $CF^2 = (CA^2 + CB^2)$,
 et $CF = \sqrt{CA^2 + CB^2}$.

Corollarium IV.

Demittatur ex vertice semidiametri FC ad semidiametrum IC normalis FX , erit per propos. LXXII.
 $AC \times BC = CI \times FX = CF \times FX$; ideoque $FX = \frac{AC \times BC}{CF}$, positoque a pro radio, $CF \cdot FX : : a. \sin.$
 $\frac{FC}{FC}$
 $F C I$. Hoc est sin. ang. $F C I = \frac{a \times FX}{CF}$
 $= \frac{a \times AC \times BC}{2 CF^2} = \frac{a \times AC \times BC}{CA^2 + BC^2}$.

Theorema II. Fig. II. et III.

In ellipsi $B A D$, cuius semiaxes sunt rectae CA , CB , ductae sint semidiametri coniugatae aequales CH , CL , et fuerint rectae CF , CI quaevis alia semidiametrorum coniu-

Cc 2

iugatio. Dico angulum H C L; quem continent semidiametri coniugatae aequales, minorem esse angulo F C I a quavis ~~aliis~~ semidiametrorum coniugatione contento.

Demonstratio I.

Per Corollarium proposit. XLVI. quadrans H C L = quadranti F C I, dempto ergo communim factore H C I, erit sector H C F = sectori L C I, ductisque rectis F H, I L per corollarium II. proposit. LX. erit Triang. H C F = Triang. L C I, et definitis ex verticibus F, et I ad semidiametros coniugatas aequales, normalibus F R, I S obtinebitur $\overline{C H} \times \overline{F R} = \overline{C L} \times \overline{I S}$, consequenter $F R = I S$.

II.

Sit modo a radius circuli, eritque a. sin. ang. $F C H :: C F \cdot F R$, et sin. Ang. $F C H = \frac{a}{C F} \times F R$. Si

militer erit sin. ang. $I C L = \frac{a}{C F} \times I S$; ideoque sin. ang. $I C L \sin. ang. F C H :: \frac{a}{C F} \times I S :: C F$

$C I$. Sed per corollarium I. prop. LXXI. $C F$ est minor $C I$; ergo sin. ang. $I C L$ minor erit sin. ang. $F C H$, consequenter et ang. $I C L$ minor erit ang. $F C H$; adiec-toque communi ang. $I C H$, erit ang. $L C H$ minor Ang. $F C I$. Q. E. D.

Corollarium.

Consequenter cum sit per corollarium IV. Theorematis praecedentis sin. ang. $F C I = 2 a \frac{\sqrt{C A^2 + C B^2}}{C A^2 + C B^2}$

Sin.

Sin. anguli, quem amplectitur quaevis alia Diametrorum coniugatio, maior esse debet \pm a $\overline{X C A X C B}$.

$$\overline{C A} \pm \overline{C B}$$

Theorema III. Fig. IV.

Data sit longitudine in ellipsi E A B D quaevis Diametrorum coniugatio, -datae erunt quoque longitudine cæterae coniugationes.

Demonstratio.

Sint Diametri A D, B E se decussantes in centro C longitudine datae, et sit quævis alia coniugatio Diametrorum F G, I H pariter se secantium in C.

Per propositionem LXXVII. et VII. erit

$$(1) \overline{A C}^2 + \overline{B C}^2 = \overline{I C}^2 + \overline{F C}^2.$$

Demittatur ex vertice A Diametri A D ad Diametrum B E normalis A Q, et ex vertice I Diametri I H ad Diametrum F G normalis I F, erit per prop LXXII.

$$B C \times A Q = F C \times I P$$

$$\text{sed posito a pro radio, } A Q = \frac{\overline{A C} \times \sin. A C B}{a}$$

$$I P = \frac{\overline{I C} \times \sin. I C F}{a}, \text{ ergo } B C \times C A \times \sin. A C B =$$

$$F C \times C I \times \sin. I C F; \text{ ideoque } \frac{B C \times C A \times \sin. A C B}{\sin. I C F} =$$

$$\frac{F C \times C I}{a} \times \sin. I C F;$$

F C X C I, et per aequationem (1)

$$C A^2 + B C \times C A \times \sin. A C B + B C^2 =$$

$$\frac{\sin. I C F}{a}$$

Cc 3

IC

$$IC^2 + 2FC \times CI + FC^2, \text{ et}$$

$$(2) \frac{rCA^2 + 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2}{\sin. ICF} = IC + FC$$

et

$$(3) \frac{rCA^2 - 2BC \times CA \times \sin. ACB - BC^2}{\sin. ICF} = IC - CF$$

et addendo utramque aequationem et postea diuidendo per 2

$$(4) \frac{\frac{1}{2}(rCA^2 + 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2)}{\sin. ICF}$$

$$\frac{rCA^2 - 2BC \times CA \times \sin. ACB - BC^2}{\sin. ICF} = CI$$

et auferendo aequationem (3) ab aequatione (2) et diuidendo per 2

$$(5) \frac{\frac{1}{2}(rCA^2 + 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2) - rCA^2 - 2BC \times CA \times \sin. ACB - BC^2}{\sin. ICF} = CF$$

Q. E. D.

Corollarium I. Fig. V.

Si fiat $BC \times CA = R$, et $2R \times \sin. ACB = \varsigma^2$,

 $\sin. ICF$

aequatio (4) hanc induet formam

$$\frac{\frac{1}{2}(rCA^2 + \varsigma^2 + CB^2) + \frac{1}{2}(rCA^2 - \varsigma^2 + CB^2)}{\sin. ICF} = CI$$

et aequatio (5) euadet

$$\frac{\frac{1}{2}(CA^2 - \varsigma^2 + CB^2) - \frac{1}{2}(rCA^2 - \varsigma^2 + CB^2)}{\sin. ICF} = CF$$

Quae aequationes hanc donant geometricam constructionem.

Super

Super A C ad angulum rectum erigatur normalis C B, ductaque recta B A, ex eius extremo A erigatur super eadem perpendicularis A V = 5, et iungantur puncta B, et V.

Deinde super Diametro A B descripto semicirculo A Z C B, aptetur in eius peripheria chorda A Z, quae sit aequalis rectae A V, ductaque recta B Z, erit

$$C I = \frac{1}{2} (B V + B Z)$$

$$C F = \frac{1}{2} (B V - B Z).$$

Corollarium II.

Si angulus I C F fuerit rectus, tunc

$$C I = \frac{1}{2} (\overline{r_{CA}^2 + 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2} +$$

$$\overline{r_{CA}^2 - 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2})$$

erit axis primarius

$$C F = \frac{1}{2} (\overline{r_{CA}^2 + 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2} -$$

$$\overline{r_{CA}^2 - 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2})$$

erit axis secundarius.

Corollarium III.

Si vero angulus A C B fuerit rectus, erit

$$C I = \frac{1}{2} (\overline{r_{CA}^2 + 2BC \times CA \times a + BC^2} +$$

$$\overline{\sin. ICF})$$

$$r_{CA}^2$$

$$IC^2 + 2FC \times CI + FC^2, \text{ et}$$

$$(2) \frac{rCA^2 + 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2}{\sin. ICF} = IC + FC$$

et

$$(3) \frac{rCA^2 - 2BC \times CA \times \sin. ACB - BC^2}{\sin. ICF} = IC - CF$$

et addendo utramque aequationem et postea diuidendo per 2-

$$(4) \frac{\frac{1}{2}(rCA^2 + 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2)}{\sin. ICF} +$$

$$\frac{rCA^2 - 2BC \times CA \times \sin. ACB - BC^2}{\sin. ICF} = CI$$

et auferendo aequationem (3) ab aequatione (2) et diuidendo per 2

$$(5) \frac{\frac{1}{2}(rCA^2 + 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2) - rCA^2 - 2BC \times CA \times \sin. ACB - BC^2}{\sin. ICF} = CF$$

$$\frac{rCA^2 + 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2 - rCA^2 - 2BC \times CA \times \sin. ACB - BC^2}{\sin. ICF} = CF$$

Q. E. D.

Corollarium I. Fig. V.

Si fiat $BC \times CA = R$, et $2R \times \sin. ACB = s^2$,
 $\sin. ICF$

aequatio (4) hanc induet formam

$$\frac{\frac{1}{2}(rCA^2 + s^2 + CB^2) + rCA^2 - s^2 + CB^2}{\sin. ICF} = CI$$

et aequatio (5) euadet

$$\frac{\frac{1}{2}(CA^2 - s^2 + CB^2) - rCA^2 - s^2 + CB^2}{\sin. ICF} = CF$$

Quae aequationes hanc donant geometricam constructionem.

Super

Super Δ C ad angulum rectum erigatur normalis $\mathbf{C} \mathbf{B}$, ductaque recta $\mathbf{B} \mathbf{A}$, ex eius extremo \mathbf{A} erigatur super eadem perpendicularis $\mathbf{A} \mathbf{V} = s$, et iungantur puncta \mathbf{B} , et \mathbf{V} .

Deinde super Diametro $\mathbf{A} \mathbf{B}$ descripto semicirculo $\mathbf{A} \mathbf{Z} \mathbf{C} \mathbf{B}$, aptetur in eius peripheria chorda $\mathbf{A} \mathbf{Z}$, quae sit aequalis rectae $\mathbf{A} \mathbf{V}$, ductaque recta $\mathbf{B} \mathbf{Z}$, erit

$$\mathbf{C} \mathbf{I} = \frac{1}{2} (\mathbf{B} \mathbf{V} + \mathbf{B} \mathbf{Z})$$

$$\mathbf{C} \mathbf{F} = \frac{1}{2} (\mathbf{B} \mathbf{V} - \mathbf{B} \mathbf{Z}).$$

Corollarium II.

Si angulus $\mathbf{I} \mathbf{C} \mathbf{F}$ fuerit rectus, tunc

$$\mathbf{C} \mathbf{I} = \frac{1}{2} (\overline{r_{CA}^2 + 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2} +$$

$$a)$$

$$\overline{r_{CA}^2 - 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2})$$

$$a$$

erit axis primarius

$$\mathbf{C} \mathbf{F} = \frac{1}{2} (\overline{r_{CA}^2 + 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2} -$$

$$a)$$

$$\overline{r_{CA}^2 - 2BC \times CA \times \sin. ACB + BC^2});$$

$$a$$

erit axis secundarius.

Corollarium III.

Si vero angulus $\mathbf{A} \mathbf{C} \mathbf{B}$ fuerit rectus, erit

$$\mathbf{C} \mathbf{I} = \frac{1}{2} (\overline{r_{CA}^2 + 2BC \times CA \times a + BC^2} +$$

$$\sin. ICF)$$

$$\overline{r_{CA}^2}$$

$$CF = \frac{rCA^2 - 2BC \times CA \times a + BC^2}{\sin. ICF}$$

$$CF = \frac{rCA^2 + 2BC \times CA \times a + BC^2 - 2BC \times CA \times a - BC^2}{\sin. ICF}$$

$$CF = \frac{rCA^2 - 2BC \times CA \times a + BC^2}{\sin. ICF}$$

Corollarium IV.

Si fuerit $C I = C F$, hoc est, si fuerint $C I, C F$ semidiametri coniugatae aequales, patet per corollarium praecedens, quod

$$\text{Quantitas } rCA^2 - 2BC \times CA \times a + BC^2$$

$$\text{fit aequalis nihilo, ideoque } \sin. ICF = 2 \frac{BC \times CA \times a}{CA^2 + BC^2}$$

vt in corollario IV. Theorematis I.

Corollarium V.

$$\text{In hac hypothesi, cum sit tam } CI, \text{ quam } CF = \frac{rCA^2 + 2BC \times CA \times a + BC^2}{\sin. ICF}, \text{ per corollarium}$$

$$\text{praecedens, factis debitis substitutionibus, erit}$$

$$CI, \text{ vel } CF = \frac{1}{2} rCA^2 + CA^2 + CB^2 + CB^2 =$$

$$rCA^2 + CB^2, \text{ vt in corollario III. Theorematis L.}$$

Co-

Corollarium VI. Fig. V.

In hac hypothesi erit $A V = \sqrt{C A^2 + C B^2}$,
consequenter punctum Z cadet in B, et chorda B Z euane-
sciente, erit tam C I, quam $C F = \underline{B V}$.

Corollarium VII.

Ducantur inuicem aequationes (4), et (5), et proue-
niet

$$\frac{B C \times C A \sin. A C B}{\sin. I C F} = C F \times C I$$

si ergo C I, et C F designarent axes, cum sin. I C F sit ae-
qualis radio, patet, quod ex productis, quae faciunt Diam-
etri coniugatae, inuicem in se ducitae, illud sit minimus,
quod ex axibus sit

Corollarium VIII.

E contra, si C I, et C F fuerint Diametri coniugatae
aequales, cum sit per Theorema II. ang. I C F minimus
omnium, quem faciunt Diametri coniugatae. produ-
ctum, quod ex Diametrorum aequalium multiplicatione
oritur, erit omnium maximum.

Corollarium IX.

Si primae parti aequationis (1) addatur $2 C B \times C A$,
et secundae parti $2 C F \times C I$. In hypothesi corollarii
VII. erit. Quadratum $(C I^2 + 2 C F \times C I + C F^2)$
minimum habita ratione ad quadratum $(C A^2 + 2 C B \times$
 $C A + C B^2)$, consequenter etiam erit minima radix
D d. (C I)

210 NOVA ACTA ERUDITORUM

$(C I + C F)$ relata ad radicem $(C A + C B)$. Id est axes ellipsoes simul sumpti minimi sunt omnium diametrorum coniugatarum simul sumptarum.

Corollarium X.

Si vero $C I$, et $C F$ fuerint Diametri coniugatae aequales, cum sit per corollarium VIII productum $C F \times C I$ omnium maximum erit etiam maximum Quadratum $(C I^2 + 2 C F \times C I + C F^2)$, per consequens eius quoque radix dabit maximum, id est, Diametri coniugatae aequales simul sumptae maxime sunt omnium Diametrorum coniugatarum simul sumptarum.

Theorema IV. Fig. IV.

Positio, quae in precedenti Theoremate. Dico,
quod

$$\sin A C I = \frac{B C \times C F \sin B C F}{A C \times C I}$$

Demonstratio.

Quoniam per Corollarium prop. XLVI.

$$\text{Quadr. } B C A = \text{Quadr. } F C I$$

ablati communi segmento $B C I$, erit

$$\text{Segmen. } F C B = \text{Segmen. } A C I$$

ductisque rectis $F B$, $A I$ per corollarium prop. L X

$$\text{Triang. } F C B = \text{Triang. } A C I$$

Demittantur ex verticibus Diametrorum coniugatarum $I C H$; $F C G$, id est ex punctis I , et F , ad Diametros con-

MENSIS MAIUS A. MDCCCLXXVI. 111

coniugatae A C D, B C E normales I M, F N, positaque
a pro radio.

$$\text{Sin. A C I} = \frac{a X I M}{C I}$$

$$\text{Sin. B C F} = \frac{a X F N}{C F}$$

sed per triangula aequalia F C B, A C I

$$\frac{B C X F N}{C A} = I M, \text{ erit ergo}$$

$$\text{Sin. A C I} = \frac{a X B C X F N}{C A X C I}, \text{ et loco F N substitui,}$$

tuendo $\frac{C F \sin. B C F}{a}$;

$$\text{Sin. A C I} = \frac{B C X C F \sin. B C F}{C A X C I}. \quad Q. E. D.$$

Corollarium.

$$\text{Vice versa erit sin. B C F} = \frac{C A X C I \sin. A C I}{B C X C F}$$

Problema Pappi Libro VIII. Mathem. collectionum
propositio 14 generalius propositione Fig. VI. et VII.

In ellipsi data quavis Diametrorum A C D, B C E
coniugatione se intersecantium in centro C, aliam coniugationem
Diametrorum inuenire, quae datum angulum
contineat.

NOVA ACTA ERUDITORUM

(C I + C F) relata ad radicem (C A + C B). Id est axes ellipsoes simul sumpti minimi sunt omnium diametrorum coniugatarum simul sumptarum.

Corollarium X.

Si vero C I, et C F fuerint Diametri coniugatae aequales, cum sit per corollarium VIII. productum C F X C I omnium maximum erit etiam maximum Quadratum (C I² + 2 C F X C I + C F²), per consequens eius quaque radix dabit maximum, id est, Diametri coniugatae aequales simul sumptae maxime sunt omnium Diametrorum coniugatarum simul sumptarum.

Theorema IV. Fig. IV.

Positio, quae in precedenti Theoremate. Dico,
quod

$$\sin. A C I = \frac{B C \times C F \sin. B C F}{A C \times C I}$$

Demonstratio.

Quoniam per Corollarium prop. XLVI.

$$\text{Quadr. } B C A = \text{Quadr. } F C I$$

ablati communi segmento B C I, erit

$$\text{Segmen. } F C B = \text{Segmen. } A C I$$

ductisque rectis F B, A I per corollarium prop. L X

$$\text{Triang. } F C B = \text{Triang. } A C I$$

Demittantur ex verticibus Diametrorum coniugatarum I C H; F C G, id est ex punctis I, et F, ad Diametrum

con-

coniugatae A C D, B C E normales I M, F N, positaque
a pro radio.

$$\text{Sin. A C I} = \frac{a X I M}{C I}$$

$$\text{Sin. B C F} = \frac{a X F N}{C F}$$

sed per triangula aequalia F C B, A C I

$$\frac{B C X F N}{C A} = I M, \text{ erit ergo}$$

$$\text{Sin. A C I} = \frac{a X B C X F N}{C A X C I}, \text{ et loco F N subtit.}$$

tuendo C F sin. B C F;

$$\text{Sin. A C I} = \frac{B C X C F \sin. B C F}{C A X C I}. \quad Q. E. D.$$

Corollarium.

$$\text{Vice versa erit sin. B C F} = \frac{C A X C I \sin. A C I}{B C X C F}$$

Problema Pappi Libro VIII. Mathem. collectionum
propositio 14 generatius propositum Fig. VI. et VII.

In ellipsi data quavis Diametrorum A C D, B C E
coniugatione se interfecantibus in centro C, aliam coniugationem
Diametrorum inuenire, quae darum angulum
contineat.

Monitum.

Per Theorema II. sinus dati anguli nequit esse minor quantitate.

$$\frac{2 a X C A X C B}{C A^2 + C B^2}$$

Solutio.

I.

Fingamus Diametros quae sitas esse rectas F C G, I C H se decussantes pariter in C descriptamque esse ellipsis A B D E.

Pe. Theorema III. erit:

$$C I = \frac{1}{2} \left(\sqrt{C A^2 + 2 C A X C B \sin. \angle ACB + C B^2} + \right. \\ \left. \frac{\sin. I C F}{C A^2 - 2 C A X C B X \sin. \angle ACB + C B^2} \right)$$

$$C F = \frac{1}{2} \left(\sqrt{C A^2 + 2 C A X C B X \sin. \angle ACB + C B^2} + \right. \\ \left. \frac{\sin. I C F}{C A^2 - 2 C A X C B X \sin. \angle ACB + C B^2} \right)$$

In signo ambiguo superius locum habet in Fig. VI. inferius in Fig. VII.

II.

Hoc praemisso, sit vt in casu Fig. VI. ang. B C A minor ang. dato F C I patet, quod

ang.

$$\text{ang. BCI} = \text{ang. ICF} - \text{ang. FCB}$$

$$\text{ang. BCI} = \text{ang. ACB} - \text{ang. ACI}$$

$$\text{ergo } \text{ang. ICF} - \text{ang. FCB} = \text{ang. ACB} - \text{ang. ACI},$$

$$\text{et } \text{ang. ICF} - \text{ang. ACB} = \text{ang. FCB} - \text{ang. ACI}.$$

Si vero ang. ACB , vt in Fig. VII. maior fuerit
 ang. FCI , similiter patet, quod

$$\text{ang. BCI} = \text{ang. ACB} + \text{ang. ACI}$$

$$\text{ang. BCI} = \text{ang. FCI} + \text{ang. FCB}.$$

$$\text{Ieoque } \text{ang. ACB} + \text{ang. ACI} = \text{ang. FCI} + \text{ang. FCB}, \text{ et}$$

$$\text{ang. ACB} - \text{ang. FCI} = \text{ang. FCB} - \text{ang. ACI}.$$

III.

Sed cum datus sit per hypothesim tam ang. ACB , quam ang. FCI , data quoque erit eorum differentia, quae dicatur A , et per artic. praecedentem $\text{ang. FCB} - \text{ang. ACI} = A$, consequenter $\text{ang. FCB} - \text{ang. A} = \text{ang. ACI}$, et $\sin. (\text{ang. FCB} - \text{ang. A}) = \sin. \text{ACI}$; sed per Trigonometriam $\sin. (\text{ang. FCB} - \text{ang. A}) = \sin. \text{FCB} \times \text{Cof. A} - \sin. A \times \text{Cof. FCB}$; ergo $\sin.$

$$\text{FCB} \times \text{Cof. A} - \sin. A \times \text{Cof. FCB} = \sin. \text{ACI}$$

α

et substituendo loco $\sin. \text{ACI}$ per Theorema IV. $\text{BC} \times \text{CF}$

$\text{CA} \times \text{CI}$

$$\sin. \text{FCB} \times \text{Cof. A} - \sin. A \times \text{Cof. FCB} =$$

$$\alpha \times \text{BC} \times \text{CF} \sin. \text{FCB}, \text{ et}$$

$\text{CA} \times \text{CI}$

$$\sin. \text{FCB} (\text{Cof. A} - \alpha \times \text{BC} \times \text{CF}) = \sin. A \times \text{Cof. FCB} =$$

$\text{CA} \times \text{CI}$

D d 3.

fin.

$\sin. A \sqrt{a^2 - \sin. FCB^2}$; ideoque quadrando, et postea multiplicando per $CA^2 \times CI^2 \sin. FCB^2 (CA^2 \times CI^2 \times \text{Cof. } A^2) = 2aCA \times CI \times BC \times CFC \text{Cof. } A = CA^2 \times CI^2$
 $\sin. A^2 (a^2 - \sin. FCB^2) + a^2 BC^2 \times CF^2$
et transponendo

$$\begin{aligned} & \sin. FCB^2 (CA^2 \times CI^2 (\text{Cof. } A^2 + \sin. A^2)) \\ & - 2aCA \times CI \times BC \times CFC \text{Cof. } A = a^2 CA^2 \times CI^2 \sin. A^2 \\ & + a^2 BC^2 \times CF^2 \end{aligned}$$

riteque calculando; et loco ($\text{Cof. } A^2 + \sin. A^2$) substituendo a^2

$$(6) \sin. FCB = \\ aCA \times CI \sin. A$$

$$\sqrt{a^2 (CA^2 \times CI^2 + CB^2 \times CF^2) - 2aCA \times CI \times CB \times CFC \text{Cof. } A}$$

Fiat modo $CA \times CI = aP$; $CB \times CF = aQ$; erit
que $CA^2 \times CI^2 = a^2 P^2$; $CB^2 \times CF^2 = a^2 Q^2$;
 $CA \times CI \times CB \times CF = a^2 PQ$, factisque debitibus
surrogationibus in secunda parte praecedentis aequationis,
diuisioque per a^2 tam numeratore, quam denominatore,
erit.

$$\sin. FCB = P \sin. A$$

$$\sqrt{\frac{P^2 - 2PQ \text{Cof. } A + Q^2}{a^2}}$$

Ducta ergo (Fig. VI.) ex centro C intra angulum obtusum
B C D

$$\begin{aligned} CF &= \frac{1}{2} \left(\sqrt{CA^2 + 2CA \times CB \sin. ACB + CB^2} - \right. \\ &\quad \left. \frac{\sin. ICF}{\sin. ICF} \right) \\ &= \frac{\sqrt{CA^2 - 2CA \times CB \sin. AGB + GB^2}}{\sin. ICF} \end{aligned}$$

fine

siue $C F = \frac{1}{2} (B V - B Z)$ per corollarium I Theorema-
tis III.

et in Fig. VII intra angulum acutum $B C A$

$$C F = \frac{1}{2} \sqrt{C A^2 + 2 C A \times C B \sin. A C B + C B^2} +$$

fin. I C F

$$\sqrt{C A^2 - 2 C A \times C B \sin. A C B + C B^2} = \frac{1}{2} (B V + B Z)$$

fin. I C F

quae cum semidiametro $C B$ faciunt ang. $F G B$, cuius si-
nus sit $P \sin. A$

$$\sqrt{P^2 - 2 P \times Q \cos. A + Q^2}$$

erectaque in Fig. VI.

$$C I = \frac{1}{2} (C A^2 + 2 C A \times C B \sin. A C B + C B^2) +$$

fin. I C F

$$\sqrt{C A^2 - 2 C A \times C B \sin. A C B + C B^2} = \frac{1}{2} (B V + B Z)$$

fin. I C F

Et in Fig. VII.

$$G I = \frac{1}{2} (\sqrt{C A^2 + 2 C A \times C B \sin. A C B + C B^2} -$$

fin. I C F

$$\sqrt{C A^2 - 2 C A \times C B \sin. A C B + C B^2}) = \frac{1}{2} (B V - B Z)$$

fin. I C F

quae cum $G F$ faciat angulum $F C I$, aequalem angulo
dato.

Vertices I , et F semidiametrorum $C I$, et $G F$ dico
esse in eadem ellipsi, in qua sunt vertices A , et B semidia-
metrorum $C A$, $C B$, ideoque Diametri $I C H$, $F C G$, vt
sunt longitudine, sic erunt positione datae. Q. E. I.

Demonstratio.

Non sint Puncta I , et F , vertices semidiametrorum
quasitarum, sed puncta K , et O , ductis rectis $K C$, $O C$,
et

et in infinita analysi vti superius, inuenietur

$$\text{Sin. } KCB =$$

$$\pm XCA \times C O \text{ fin. A}$$

$\sqrt{a(CA \times CO^2 + CB^2 \times CK^2) - CA \times CO \times CB \times CK}$ col. A
 sed cum sit per hypothesim $CI = CO$; $CB = CK$, sequitur
 secundam partem praecedentis aequationis eandem esse;
 ac secundam partem aequationis (6), erit ergo etiam fin.
 $KCB = \text{sin. } FCB$; consequenter ang. $KCB = FCB$,
 punctumque K cadet in F , ideoque etiam punctum O cadet
 in I . Q. E. D.

Corollarium.

Si ang. ICF fuerit rectus, semidiametri CI , CF
 erunt semiaxes.

Problema Pappi Fig. VIII. et IX.

Data sit Diametrorum IH , FG coniugatio se secunda
 tum in centro C . Inuenire axes tam positione, quam ma-
 gitudine.

Solutio I.

Fingamus A, C, D esse positionem axis primaria, qui
 per Theorema III. erit magnitudiae datus.

Ex verticibus I et F Diametrorum IH , FG desig-
 tantur ad semiaxe in C A normales IM , et FN . si que-
 rius ex eodem punto I ducatur recta IL parallela ad axem
 ACD , quae occurrat in L . Diametro FG productae, si
 opus fuerit, et ex punto L ad axem recta LR parallela ad
 IM . His positis per prop. IV.

FN

$$\begin{aligned}
 F N &= \frac{D N}{D M} X \frac{N A}{M A} = \frac{(C A + C N)}{(C A + C M)} X \frac{(C A - C N)}{(C A - C M)} = \\
 I M &= \frac{D M}{C A - C N}; \text{ hoc est } F N^2 = \frac{(C A^2 - (C F^2 - F N^2))}{(C A^2 - (C I^2 - I M^2))} \\
 C A^2 - C M^2 &= I M^2 - (C A^2 - (C I^2 - I M^2)) \\
 \text{et multiplicando extrema, et media inter se} \\
 F N^2(C A^2 - (C F^2 - I M^2)) &= I M^2(C A^2 - (C F^2 - F N^2)) \\
 \text{et afferendo utrunque } F N^2 X I M^2 \\
 F N^2 X (C A^2 - C I^2) &= I M^2 X (C A^2 - C F^2), \\
 \text{et tandem}
 \end{aligned}$$

$$\begin{aligned}
 F N &= I M \sqrt{\frac{C A^2 - C F^2}{C A^2 - C I^2}} \\
 &= I M \sqrt{\frac{F N^2}{C A^2 - F C^2}}
 \end{aligned}$$

Per Triangula similia $F C N$, $L C R$; $F N : F C :: R L : (I M)$. $C L$; consequenter $C L = I M \frac{F C}{F N} = F C$

$$\begin{aligned}
 &\frac{F C A^2 - C I^2}{F C A^2 - F C^2} \\
 &= \frac{F C^2}{F C A^2 - F C^2}
 \end{aligned}$$

Ex qua aequatione haec oritur constructio Fig. X. et XI.

Radio $C A$ aequali semiaxi primario $C A$ in ellipsi describatur circulus $A B D E$ sumptisque in radio segmentis $C I$; $C E$ aequalibus semidiametris $C L$, $C F$ in ellipsi ducantur rectae $I Q$, $F P$ normales ad radium $C A$, et circulum secantes in Q , et E .

Hoc facto in semidiametro $C G$ producta, si opus fuerit, sumatur $C L = C F \frac{I Q}{F P}$ iunctisque punctis L , I , ex centro C ducatur recta $C A$ parallela ad $L I$, et $E e$ aequa-

aequalis semiaxi primario, dico quod recta CA , siue idem
semiaxis erit positione datus. Q. E. I.

Demonstratio constructionis.

Per Triangula similia CRL , CFN .

$CL(\underline{CF} \times \underline{IQ})$. $LR(1M :: CF, FN;$ ideoque
 $FP)$

$$\frac{1M}{PF} = \frac{FN \times IQ}{\overline{CA^2 - CI^2}}, \text{ et}$$

$$\frac{}{} \quad \quad \quad \frac{\overline{CA^2 - CF^2}}{}$$

$$1M^2 \times (CA^2 - CF^2) = FN^2 \times CA^2 - CI^2,$$

atque addendo utrinque $1M \times FN^2$

$$1M^2 \times (CA^2 - (CF^2 - FN^2)) = FN^2 \times (CA^2 - (CI^2 - IM^2)), \text{ idest}$$

$$1M^2 \times (CA^2 - CN^2) = FN^2 \times (CA^2 - CM^2).$$

et reducendo aequationem ad proportionalitatem

$$\frac{1M^2}{FN^2} = \frac{(CA^2 - CM^2)}{(CA^2 - CN^2)} = \frac{(CA + CM) \times (CA - CM)}{(CA + CN) \times (CA - CN)}$$

$DM \times MA$; ergo per prop. IV. Puncta I, et F sunt
 $DN \times NA$

in ellipsi, cuius unus ex axibus est recta ACD , Q. E. D.

Monitum.

Supposuimus axem datum esse primarium; sed, me non monente, patet, locum habere solutionem, et constructionem, si vice axis primarii datus fuisset secundarius, solummodo loco prop. IV. citandum fuisset eius scholium.

Scho-

Scholium Fig. XII. XIII. et XIV.

Analysis problematis praecedentis, eiusque constructio,
inseruit pro sequentis solutione, et constructione.

Problema.

Datus sit magnitudine, sed non positione una cum centro C axis ellipsoes, atque in eodem plano data sint duo puncta I, et F, per quae eadem ellipsis transire debeat, axis positionem inuenire.

Solutio.

Fingamus A C D esse axis positionem, et ductis rectis I C, F C, ex punctis I, et F ducantur ad rectam A C D normales I M, et F N, et ex punto I ducatur recta I L parallela ad A C D, quae occurrat rectae F C, productae si opus fuerit in L, et ex eodem punto L ducatur L R ad I M parallela, quae axem A C D secet in R.

Cum sint puncta I, F, et C in eodem plano datae erunt rectae I C, C F.

His positis, inuenietur eadem analysi, qua vsl sumus in problemate praecedenti soluendo, $C L = F C$
 $\sqrt{C A^2 - CI^2}$ quo valore C L detecto prono alueo
 $\sqrt{C A^2 - CF^2}$ fluent problematis solutio, et constructio, et pariter demonstratio.

Solutio II. Fig. XV.

Lemma.

In ellipſi I F H G, cuius axes ſunt rectae I H, F G ſe
decuſſantes in Centro C, data quauis Diametrorum coniu-
gatione A C D B C E, pariter ſe ſecantes in C, ſi ex ver-
tice A diametri A C D demittatur ad diametrum B C E
normalis A P, quae fecet axem I C H, in M et prodiuſa
fecet axem F C G in puncto N, erit

$$\overline{A N} \times \overline{A M} = \overline{C B}^2$$

Demonstratio.

Ducatur per verticem A recta T A V tangens curvam
in puncto A, et occurras axibus I C H, F C G, in pun-
ctis V, et T,

Per proposit. III. recta T V erit parallela diametruſ
B C E, ideoque ang. V A P aequalis ang. A P C erit re-
ctus, et Triang. V A M, C M P erunt similia, confe-
quenter ang. A V M = ang. M N C, et Triangula V A M,
N A T erunt similia, proindeque $\frac{\overline{N A}}{\overline{T A}} = \frac{\overline{A V}}{\overline{A M}}$

$$\overline{N A} \times \overline{A M} = \overline{T A} \times \overline{A V}, \text{ ergo per proposit. } 10,$$

$$\overline{N A} \times \overline{A M} = \overline{C B}^2. \quad Q. E. D.$$

Corollarium.

Descripto ergo diametro M N Circulo M C N O
qui fecet diametrum C A in R, erit $\overline{C A} \times \overline{A R} = \overline{C B}^2$,
 $\frac{\overline{A R}}{\overline{C A}} = \overline{C B}^2$.

Solutio Problematis Fig. XV.

Datae sint diametri conjugatae $\overline{A C D}$, $\overline{B C E}$ se secantes in centro C , ex vertice A diametri $\overline{A C D}$ demittatur ad diametrum $\overline{B C E}$, normalis $\overline{A P}$, postea in eadem diametro $\overline{A C D}$ sumpto segmento $\overline{A R} = \overline{C B}$, diuise

 $\overline{C A}$

que, quod superest, aequaliter in O , super O eluetur normalis $\overline{O Q}$, quae occurrat perpendiculari $\overline{A P}$ in Q . Hoc facto radio $\overline{Q R}$, vel $\overline{Q C}$ describatur Circulus $M C R N$, secans normalem $\overline{A P}$ in punctis M , et N , ductisque rectis $\overline{M C}$, $\overline{N C}$. Dico quod in positione rectangulari $C M$, $C N$ erunt axes.

Demonstratio.

Per verticem A ducatur recta $\overline{T A V}$ parallela ad diametrum $\overline{B C E}$ occurrentis rectis $\overline{C M}$, $\overline{C N}$ productis in T , et V .

Per triangula rectangula $M A V$, $M C N$ similia erit ang. $M C M =$ ang. $M N C$, ideoque triangula rectangula $T A N$, $M A V$ similia, et $N A = A V$; ergo

 $\overline{A T} \parallel \overline{A M}$

$\overline{A T} \times \overline{A V} = \overline{N A} \times \overline{A M} = \overline{C A} \times \overline{A R} = \overline{C B}$ per constructionem, eritque per propositionem 12. et 89. punctum B in ellipsi, cuius axes sunt in lineis $\overline{C T}$, $\overline{C V}$, sed et punctum A est in eadem ellipsi, igitur et puncta D , et E in eadem per prop. VII. erunt ellipsi. Dati ergo erunt axes positione, et per Theorema III. etiam magnitudine. Q. E. D.

Scholium.

Iohannes de Wit in suis elementis curvarum libro I. in corollario I. prop. XIII. dat huiusce problematis per elegantem constructionem, sed cum illius demonstracionem a sua ellipsoes descriptione repeatat, placuit alteram hic dare ab illa independentem, sequenti praemissio lem-mate.

Lemma Fig. XVI.

In ellipsi, cuius axes sunt rectae I A Z, S A X, se intersecantes in A; diametri D A E, G A H diametri coniugatae. Ex vertice H diametri H G ducatur normalis H C, quae producatur, donec sit recta H B aequalis semidiame-tri D A, iunctisque punctis A, et B, diuisaque recta B A bisfariam in I, radio I A describatur Circulus A K B R, qui ob ang. rectum A C B transibit per C, et secabit axes in punctis P, et R. Si puncta H, et P, iungantur, dico, rectam H P secare axem S X in punto R.

Demonstratio.

Ducatur recta P B.

Cum angulus C P B innitatur semiperipheriae P Z A R, et arcui C R, erit obtusus, eleuata ergo super P B normali B M, quae occurrat rectae H P, iunctisque punctis B, et R, cum angulus oppositus P A R sit rectus, erit etiam rectus ang. P B R; ideoque per constructionem aequalis ang. P B M, consequenter puncta M, et R, coincident, et recta H P secabit axem S X in punto R. Q. E. D.

Co-

Corollarium I.

Ideoque cum sit ang. R A P rectus, recta H P transset per Centrum I.

Corollarium II.

Ergo ducta recta H I, haec secabit axes in punctis P, et R.

Solutio Problematis Pappi.

Sint rectae D A E, H A G, se intersecantes in centro A diametri coniugatae quae datus sunt.

Ex vertice H diametri H A G demittatur ad diametrum D A E normalis H C, quae producatur, donec sit recta H B aequalis semidiametro D A. Deinde iunctis punctis A et B diuisaque A B bifariam in I, radio A I, vel I B describatur circulus A K B C, qui transbit per punctum C. Ex punto H ducatur per centrum Circuli I recta H I, quae circulum secet in punctis R, et P, et ducantur rectae R A, P A.

Dico rectam H P esse semiaxem primarium, eius segmentum H R semiaxem secundarium, illosque esse in positione rectarum R A, P A.

Demonstratio.

Fiat semidiameter D A = a, eius coniugata H A = semiaxis primarius = x, semiaxis secundarius = y.

Erit per prop. LXXII.

$\bullet X HC$

$$\alpha X HC = xy; \text{ id est } HC = \underline{\underline{xy}}, \text{ et}$$

$$BC = BH - HC = \underline{\underline{a^2 - xy}}, \text{ et quadrando}$$

$$BC^2 = \underline{\underline{a^4 - 2a^2xy + x^2y^2}}.$$

$$AC^2 = HA^2 - HG^2 = \underline{\underline{b^2a^2 - x^2y^2}}, \text{ ergo}$$

$AC^2 + BC^2 = a^4 - 2xy + b^2$. Sed per constructionem $AC^2 + BC^2 = PR^2$, et per proposit. LXXVII. $a^2 + b^2 = x^2 + y^2$ factis igitur debitiss substitutionibus $PR^2 = x^4 - 2xy + y^4$; et

$$PR = x - y.$$

Per Circuli naturam

$$\begin{aligned} PH \times HR, \text{ siue } PH^2 - PH \times PR &= BH \times HC = xy \\ \text{ergo } PH^2 - PH \times PR + PR^2 &= \underline{\underline{x^4 + 2xy + y^4}}, \text{ et} \\ PH - PR \frac{(x-y)}{2} &= \frac{x+y}{2}, \text{ hoc est} \end{aligned}$$

$PH = x$; etit ergo PH aequalis semiaxi primario et $HR = PH - PR = x - (x - y) = y$ aequalis etit semiaxi secundario. Erunt ergo axes magnitudine dati.

Producatur modo AR , donec AS sit aequalis PH , et PA , donec Ay sit aequalis HR , et erunt etiam positio- ne dati.

Sint etenim in alia positione, videlicet anguli $r Ap$, ducta recta Hp , haec per corollarium I. Lemmatis transibiit per centrum I , et ductae rectae HP , Hp claudent spatiuum, quod est absurdum. Q. E. D. et D.

DE

MENSIS MAIUS A. MDCCCLXVI. 225

DE DARICES PERICVLVM CRITICVM BEN-
GAMIN GOTTLIEB LAURENTII BODEN.

Prof. Prof. Publ. Ord. in Acad. Viteb. Philosophorum

Decani, et Comitis Polarii

Caesarei.

Wittebergae. 1779. pl. 2. in 4.

Daricorum nomen a Dario quodam fuisse repetitum, ipsa nominis monetae tribuendi ratio, inter antiquos et recentiores populos in consuetudinem recepta, declarat; sed a quonam potissimum, propter dissensum antiquorum, in dubitationem et controversiam venit. Nam Pollux quidem, ac Hesychius, simpliciter Darium Persarum regem memorant. Herodotus autem III, 89. 96. et IV, 166. Darium, Hydaspis filium, omnium primum aureos, sua imagine signatos, eudendos curasse, scribit. Cuius sive suffulti plurimi, hinc putant originem pecuniae ducendam esse inter Persas, tum primum cisis Daricis, siue numis aureis, in quibus imago regis Persarum esset expressa. Fauet etiam huic opinioni, cum aliis, ipse Wesselius Obseruatt. Variar. L. II. c. 22. Suidas tamen Daricos ab hoc Dario, Xerxis patre, cudi iussos negat, et ad alium quandam antiquorem regem eorum primordia refert. Cuius verba cum Aristophanis Scholia ad Ecclesiaz v. 598. cum Harpocrati et Etymologi M. locis collectis, prorsus confentiant, et communis auctoritate sententiam, quam Herodotus tuerit contraria, comprobant, fauacibus Perizonio ad Aelian. Var. hist. I, p. 2. et Pridensis Connex. V. et N. Test. T. I. p. 146. Cuicunque dissensione di-

Ff

dirimendae et componendae causa, doctrinam huius dissertationis. Autem ista fere obseruare nos et vobis habebet:

Exenio duplice aureorum Persicorum formam esse ait, aliis impressam sagittarii formam, aliis regiam, Darii effigiem exhibentibus. Vid. Plutarch. *Apophthegm. Lason.* Statere igitur hos, qui sagittarii notam haberent sine regia imagine, quod distributio stipendi militaris exegisset, regnante Cyro iam visitato, omnino aetate ante Darium Xerxis patrem exacta, factos fuisse monet. Quos vero Herodotus memorat, utique Dario Hyrcaspis filio adscribendos, regis imagine in auro obryzo seu purissimo signatos, multo politiores illis antiquioribus, et ab illis probe discernendos ait. Cum Herodoti narratione veritatem confundat, eamque temporum eorum ratione iuuari. Nam qui hos Daricos ex argento armelandos suscepisset, magno fudo danno, Aryandem, sub Dario Hyrcaspis imperio Aegyptum provincias abduxisse, et Pheretimam, Arcelias matrem, exercito praebebendo in viciencia filii nece adiunisse.

Rex ille antiquior, cui veteres Grammatici inuentari Dariorum tribuant, non alius fuerit, nisi Danelis ille, quem quinto vadimiorum capite commemorat, Darius cognomine Medus, Cyaxares scilicet Xenophontius, quem et Pridio etiam Perizonius II. et. agnoscit.

Aitres autem fuisse Daricos, magno veterum consensus, pro certissimo sumitur, cf. Alberti ad *Hesych.* T. I. p. 889. Plutarchus tamen in *Cimon.* ubi huius imperatoris liberalitatem celebrat, mentionem quoque facit argenteorum Daricarum. Locus, quem V. D. indicare neglexit,

et

etc. 10. p. 195. Vol. III. ed. Lips. Hic igitur nomen Daricorum improprie et laxius accipendum esse statuerit, pro quanta numis eiusdem cum Darico ponderis, vel pro Statere, qui sequente aeno fuerit etiam argenteus, nimisque Persis alieno imperio parere coactis, et potestas cunctiძ ad eos ius admota.

In valore Daricorum vero constituedo, quem alii supra modum accumulant, alii deminunt. V. Cl. sequitur Gronovium de Pec. Vet. HI. 7. demonstrantem, Daricum valere XX. argenteos, siue auri duas drachmas quarum quelibet decem argenteos explet, ita ut Dacici quinque Minam unam faciant.

Nec praetermittit A. a Iosepho Antiqu. Ind. III. 2. Daricorum reuocari ad auri sicutum Hebraicum. Quae vero non ita accipienda esse videatur, quasi Iosephus de signatis numis velit intellecta, sed tantum de pondere; cum factis confit, ante exilium Babylonicum apud Hebreos ipsi vbi numeros characteribus inscriptos posa fuisse.

Qui in sacris libris, nempe Paralipomenis, Esdrae et Nehemiae Commentariis commemorantur. דָרִיכּוֹן siue תְּבַחַת et דָרִיכּוֹן, non ab vocabulis דָרְךּ וְמַכְנֵה ut viae et viaticus designant, neque ab Graeca voce δράχμα appellantur, sed ab hoc ipso Persico Daricorum nomine, quibus pares erant valore, ut Raphelius Ammotatt. Xephont. ad N. T. p. 360. demonstrauit. Δράχμας interpretantur Alexandrinae versionis auctores. Drachma autem Hebraeorum in auro drachmis duabus Atticis aureis aequiparanda est, quae valore viginti argenteis, Daricum Persicum efficientibus, pares sunt.

NOVA ACTA ERUDITORUM

Haec fere continentur hac commentatione, in qua extrema dolet Cl. Author sibi ad manus non fuisse Cuperti epistolam de valore partim numi, partim de Plutarchi loco in his Actis a. 1744. mens. Apr. indicatam, cum propter insignem soleritas et diligentiae laudem, maximopere favemus. Ceterum de formulis dicendis quibusdam dubitauimus, quas cum aliis latinioribus permutari velimus. Velut p. 6. humorum meatio sit inter Persas mercatorum transmutum; est enim Hebraica e Genes. 23, 16. et 2 Regi. 17, 9; ducta locutio, pro quo spectator probosque numeri rectius dixerimus. Mire quoque dicitur p. 9. flor Aiybaris, non pro aetatu et adolescentia, ut semper in latini scriptoribus, sed pro aetate qua vixit. Etiam qui essent p. 15. peregrinantes, qui non vacui coram latrone cantore vellet, nondum assuebamur.

JO. GOTTL. HEINECCI, FCTI, POTENTISS.

Pruſſ. Reg. a Confil. Aulicis, et in Acad. Fridr. Iur. Philos. in P. P. Ord. Antiquitatem Germanicae iurisprudentiam illustrantes, in quibus iurium, etiamnam in Germania receptorum, origines ex genuinis fontibus et principis deriuantur. TOM. I. Introductionem generali de rerum Germ. facie, legumque Germ. antiquitate etatura, nec non iura personarum complexas.

Hafniae et Lipsiae 1771. 8. maj.

Romanarum antiquitatum liber, ab eodem auctore scriptus, etiamnum perutilis estiis, qui iuri Romano operam

ram nauant; nec aliam ob causam is, quem indicamus, compositus est, quam ut esset, quo quis adiutus iura patria accuratius addisceret: tamen, si paullo ante in lucem prodisset, propius tum absuisset ab ea perfectione, qualem iam in hoc genere desideramus. Nec est dubitandum, ante L. annos has litteras hac accessione eam mutationem subiaturas fuisse, qua tum quasi natae et formatae censerent possent. Liber, antequam e situ et latebris suis protraheretur, fata habuit quae nosse haud superuacaneum erit curiosis. Tam 1724. scriptus erat, et ita perpolitus, ut recte vulgari posset; scilicet, ne eam operam, quae Romanis antiquitatibus impensa erat, res antiquae nostrae desiderarent: cum autor illun, ita tamen ut ab Dulsekero Bibliop. Argentor. redimeretur, Halae oppignorauit apud Petr. Franckium, Bibliop. mox Franequeram petiturus. Postea, sectis Franckii bonis, Ludouico Cancellario, vna cum reliqua libraria merce addictus est cuius in scrinis delituit quaindiu Heiniccius vixit: cuius adeo filius Liegnizensis, Consiliar. Aulic. cui haec editio debetur, nullis precibus impetrare potuit ut redderetur, magna fortis parte vna cum usuris frustra solutis, eiusque restituzione saepe a possessore promissa: inde de ingenio viri facilis coniectura. Hoc mortuo, liber cum caeteris auctionis lege venditas est, nec nisi ante aliquot annos emtor innotuit, Friedr. Wilhelm. de Kameke: eius tanta humanitas fuit, ut statim libri copiam faceret, qui variis impedimentis retentus, (forte quod deesset qui suo sumtu typis exscribendum curaret.) nunc deinde prodiit. Pars prior, ut ex titulo constat, praeter introductionem generalem, de rerump. Germ. facie, legumque Germ. antiquitate et natura, etiam iura personarum complecti debuit: pars altera, sicut praefatus est editor, antiquitates forenses de dominio et possessione, de pacibus et delictis. Non tamen in priore parte quidquam in-

venitur quam generalis introductio, de forma regiminis legum Germ. Cap. I.) agit de origine Germanorum eorumque forma status antiquissima. C. II.) de Alemannijs, Bojis, Thuringis, Saxonibus, Frisiis. C. III.) de regno Francorum, et orto inde Germanorum regno. C. IV.) de legibus antiquissimis populorum Gen. C. V.) de Iure Saxonico, Sueuico, Lub. C. VI.) de quarundam prouinciarum et virbiis iuribus, cum antiquis, tum recentioribus. C. VII.) de peregrinis iuribus in Germania susceptis et adhibitis. Nemo harum rerum quares negabit, quae A. 1724. capti temporum non excedeant; ea Heinemann praesertim. Sed forte vir magnus ne somniauerit quidem, librum nostris vobis non aptatum editum iri, quod 43 annorum interalloc hae litterae tantum adiectae sunt, ut nouam plane formam induisse videantur: sic enim discentibus non noxia fuisset eius lectio, si, quae in hoc genere inveniuntur super sunt et emendata, illi inserta fuissent; nec facile eius rei gratiam editori faciendam putamus. Quamquam enim aequis harum litterarum iudicibus fatendum est, hunc librum, nisi suo tempore excidisset, in hoc genere nouum plane et eximum extitisse; nec veris autoris laudibus quicquam detrahi, quod nostri homines, quae temporum felicitas est, haec accuratius fere sciant: tamen, si nostrorum et discentium commodis aliquid dandum erat, liber ille quoquo modo effingendus et perpoliendus fuit. Haec nemore asseni videantur, locum in examen vocabimus, qui in hoc genere facile dominatur, Cap. V. quod de praecipuis mediis aevi libris agit, quibus iura exposuntur. Hic tempore recentiorum Speculum, Weichbild, et ius feodale Saxonicum, Richtsteig, Speculum, et ius feodale Suevicum, et ius Lubencense: ne verbo quidem agitur de Iure Imperiale Seakenbergico, (quae collectio est quantius pretii) quis nondum in lucem protractum erat. Simil Ecco de
Rep-

Repkau praefationem speculi Saxonici scripsisse perhibetur, quae opinio sane fertilis est errorum. Speculi Saxonici optima et recentissima editio tum temporis fuit Ludoviciana: nihil hic operae Gaertneriana, nedum Grupeniana memoriae proditum: nihil de disceptatione Senkenbergii et Grupenii de libris legum Saxoniarum, eorumque exemplis manuscriptis. Nec tum is qui, glossas Teutonicas scripsit aut compilauit, postea a Grupenio prodendus, constitit. Vulgarem Iuris Magdeburgici collectionem non esse genuinam, sed esse illa antiquorem, iam Heineccius videt at Lauhnii liber nondum innotuerat, et tabulario Goeslicheni protractus, genuinum ius Scabinorum Magdeburgensem complectens. Nec ei constitit Auctoris veteris de beneficiis, et Iuris feodalis Saxonici editio Senkenbergiana. Nihil hic de Lauhnii sententia, Ius feodale sic dictum Saxonum, nihil esse nisi collectas consuetudines feodales communies. Mangelfeld et Kertaw librum Richtsteig scripsisse perhibentur: Grupenius nondum prodiderat verum autorem, Iohannem de Buch, nec liber tum talis fuit, qualem postea Senkenbergius edidit. Errore ne Speculum Sueicum, an recte ita vocetur, non est notatum. Nec auctoris conjectura facile se probabit, Speculum Sueicum iussu Rudolphi Habsburgici esse compositum: nimirum illa eo potissimum, quod hoc interdum „Imperatoria et regia iura prouincialia et feodalia“ inscribitur. Qui praeter allegatas huius Speculi editiones nullas nouit, (nec potuerunt recenseri illa Bergeri, Schilteri, Scherzeri, Schannati, et praestantissima Senkenbergii,) huic ad usus nostros belle consuletur. Multum abest ut Heineccio imputemus quae temporum sunt: nemo tamen fanus haec temere iuuenibus commendauerit, harum litterarum cupidis, nisi malit miferos priscorum temporum ruditati, quam nostri aevi inuentis, inhaerere. Reliqua capita legentibus facile ostendent;

qui

quibus nostra sententia firmetur. Addimus ad ultima huius capituli, quod Historia Iuris Lubecensis, si iam tum Dreyerus scripsisset, longe alia futura fuisset.

JO. CAROLI VOLBORTH, A. M. DE FRVCTV.

quem Homeri Interpratre lessione Virgilius expere posse.

Commentaria in cula.

Certum est, et extra omnem dubitandi locum positum, formari sensum pulcri bonique, et firmari, confundis inter se duorum pluriumue Auctorum, vel argumenti ipsius similitudine, vel quadam modi, quo argumentum tractant, propinquitate, inter se coniunctis operibus. Quicunque elegantiorum Musarum vel limina attigerunt, ad adyta ipsa se non insinuarunt, quosidiana iam experientia edocti norunt, in omni bonarum litterarum genere hac via citius acquiri aliquem boni rectique velut gustum, quam regularum sterilitate, qua supersedere facile poterit, qui ad exempla ipsa statim progressus, mature aliquam cum Homero, Virgilio, reliquisque elegantiarum et bonae mentis magistris contraxerit familiaritatem. Quae in lectione vnius, ut de Epicis nunc tantum differam, obscura, ambigua, impedita, teneram aetatem morabantur, subinde clara fiunt, certa et expedita, perfecto altero aut tertio. Quae cum in omni disciplinarum genere, litterarum linguarumque varietate ita se habere, quotidie animaduertamus, ut lectione eorum Auctorum, qui simile argumentum tractant, sapienter instituta, ingenii acies acuatur, animi vis crescat, informentur animo clariores rerum ideae; quidni in Epicis
adēm

idem sit de eiusmodi lectione sapienter instituta exspectan-
dum? Re itaque tantum ex hoc capite considerata, rem
omnem Epicam, eiusmodi carminis vim et indolem, re-
rum imagines, verborum pondera, episodiorum iucunditatem, linguamque omnino poeticas, melius, clarius, et co-
piosius addiscere putandus est, qui Homeri studio Virgilii
lectionem addiderit. Ut itaque, quod quidem ex his,
quae praemisimus, sequitur, Virgilium felicius explicabit,
qui recens ab Homero venerit, ita etiam, versa vice, Ho-
merum maiori cum successu attinget, qui non alienus a
Virgilio ad hunc Poetarum patrem accesserit. Sed haec
per se patent, et clara sunt.

Præter hanc autem vulgarem viam, quem ut omnes
in omnibus disciplinis e lectione pluriam idem argumen-
tum tractantium Auctores potunt, ita etiam ossessor Homeri e Virgilio caput singularem utilitatem adserit Maconii
senis interpreti lectio Virgili propterea, quod Maro se mi-
rum quantum secundum Graecum vatem, Poëtarum
omnium principem et patrem, fixit formauitque: maxi-
ma rerum similitudo tractatarum, multae verborum iun-
cturæ prorsus eadem, plura episodia, in quibus, ut non-
nulla varia et tempori ingenioque Maronis magis accom-
modata sunt, ita etiam multa vestigia adparent, Virgilium
Homerum expressisse. Haec in ipsa lectione Virgilii a me
fideliter, et si breviter, indicanda satis fuperque demonstra-
bunt, posse Homeri difficultora, ut plerumque plerisque
Graeca videntur non difficultia, illustrari et explicari e Ma-
ronis facilioribus, si quidem Romanus poeta est, quem mi-
nus horre soleat cum tironibus Magistri ipsi, et qui ideo
metios est, et explicando Graeco aptior.

Accedit ad haec non conteinnenda commoda, quae fidus Homeri explicator e lectione Virgilii sedulo instituenda capere potest, in primis hoc, quod Romanus Poëta Homericae aetati propius vixerit, res itaque in hoc diuino Poëta — quidni enim diuinum, ~~de~~ cum Theocrito, vocemus omnis dulcedinis fontem? — contentas, nobis melius, rectius, felicius intellexerit, in primis quae deos, eorumque religiones et sacra, heroicique temporis indolem attinet, nec non heroas Graecos, secundum cuiusque indolem et naturam optime cognitos habuerit, et in suo carmine expreßerit: quae quidem omnia hic nunc a me indigitata, in interpretando Virgilio clariss et exemplis illustranda, monstrant satis, non posse supersedere Virgilii lectione aſfidua, si quis Homerum explicare velit ~~recte~~, h. e. secundum temporis Homerici genium, linguae proprietatem, artis poëtice regulas ex eo factas ductasque, quibus omnibus non consideratis, in veteribus Auctoribus, siue sacris siue profanis, prorsus caecutimus.

Quod autem in primis in Virgilio spectari debet, neque mediocre Homeri interpreti adferre potest admiculum, est singularis doctrina Romani poetæ, quæ lectione plurium scriptorum de fatis Troiae, inter quos Cyclici Scriptores in primis memorandi sunt, qui iniuria temporis, paucis reliquiis exceptis, interierunt, comparata erat et aucta. Cum enim Graecia a Romanis inferiutem redacta, cum caeteris libertatis bonis etiam accuratae doctrinæ omnem habitum, tandem etiam sensum amississet, desperditis iam tum, aut delitescentibus plerisque ex praeclaris illis antiquioribus poetis ac scriptoribus, ecce Vobis prouenerunt multi non poëtae, sed versificatores, qui ex nonnullis, qui supererant, poëtis cyclicis antiquis, noua carmina conscripsi.

berent, aut etiam ex grammaticorum vel historicorum dectioribus libris. breuiores epitomas conficerent, censendas istas et diiudicandas fere non modo ex propria doctrina, sed etiam ex eoram, quos exscriperunt, fide ac iudicio.^{*)} Erant ^{**) autem poetae cyclici, ii, qui, Homeri exemplo, non modo rerum bello Troiano gestarum, quae Iliadern siue antecesserunt, siue sunt sequutae, verum adeo, Proculo apud Photium teste, totius mythologiae a Coeli et Terrae inde nuptiis ad finem errorum Vlyssis, modo singula capita, modo plurium capitum complexum, carmine epico, hoc est, ad Homerici carminis numeros, tractandique et eloquendi modum composito, exposuerant, et ex quibus certa dispositione a nescio quo collectis et ordinatis syntagma epicum extabat concinnatum. Spectant eo in primis QVINTI CALABRI derelicta Homeri, TRYPHIODOREI ΙΛΙΑΣ ἀλυτης, GOLYTHI Ἐλάνις αρχαγή, TZETZAE Anteheimerica, Homericus et Posthomericus, DICTYS CRETENSIS, quem recentiores IOANNES MALALA, CEDRENVS, TZETZA et CONSTANTINVS MANASSES p. 44. sq. in Synopsi historica a MEVRSIO edita fere exscriperunt, SISYPHVS COVS, DARES PHRYGIVS, PALAEPHATO vulgo tributa Τεμίτα, in primis ILIAS PARVA; unde vero videtur similissimam haudisse Virgilium plurima in excidio Troiano enarrando. Praeterea multum Virgilius petit ex ENNII, ACCII, BIVII ANDRONICI, NAEVII, PACUVII, VARRONIS et aliorum nondum desperditis fabulis, unde ad narrationis varietatem, orationisque poeticae, cui vel maxime studebat, dignitatem et ornatum, plurime duxisse putandus est. Haec}

G 2

omnia

^{*)} Verba sunt illustris Heynii in Excurs. I, ad Libr. II. Aen. p. 224.

^{**) Ib. p. 220. Salmasius in Solin. p. 597. Casaubonus ad Athen. VII, 4. Dodwellus de Cycl. p. 802. Schwartzius Alte. Diff. de poet. cycl. Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 281.}

omaia in Virgilio thesaurorum instar recondita bona, si ad Homeri Iliada referantur, ducere possunt interpretem, ut clarius videat, iusta et aequa comparet, remoueat ex aliis adsuta et Homero adficta. Quae quidem hactenus disputata spectant in pristinis ad Aeneidos librum II. et III. sed etiam in reliquis libris, in suauissimo Didonis episodio, et alibi, multa sunt ex Homero petita, sed ita expressa, ut bovi Poëtae imitari naturam eiusque pictores solent; non est plane idem color, sed varietas mira, et rerum aliunde adsciturum transformatio et mutatio ad intentionis laudem proxime adsurgens.

E lectione Romani Poëtae crebro et recte instituta, potest Homeri interpres aliquos frustus etiam hanc ob causam capere, quod Homeri epitheta, rerum imagines, et similitudines, deorum religiones, Heroum mores, et id genus sexcenta alia, verbis Virgilii mirum in modum explicari, illustrari, explanari possunt. Exposui superiore anno in qualicumque *de Olympo*, *Theffaliae Monte*, *deorum Sedis*, dissertatiuncula, quam diligenter huic morti ab Homero tributa epitheta a Virgilio sua lingua expressa sint, ut vix remaneat aliquid difficultatis, si vocibus Homericis Virgilianae accommodentur. Eadem ratio est inter utramque Poëtam in descriptione epularum, factorum deo oblaturum, aduentus abitusque dei alicuius deaeve, armorum heroicorum, belli pugnarumque faciei, morborum acutorum etc. in quibus omnibus ut Virgilium ne explicari quidem possit sine Homero, ita etiam, vicibus versis, Homero aliqua lux adfunditur comparatione Virgilii. Videtur mihi esse fere eadem ratio inter Homerum Virgiliumque, quae inter libros veteris nouique, ut vocant, Testamenti intercedit. Scriptores noui Foederis aeternæ nocte premerentur lano homini, nihilque inde posset alici, quod sohaereat

XXXVII

cum reliquorum Scriptorum genio et indele, nisi habere-
mus veteris Testamenti auctores, vnde fere vnicce illustran-
di sunt, qui post Christum in canonem sacrum recepti sunt
libri. Sed velim mihi monstretur aliquis homo ea fronte,
vt negare audeat, illustrari libros veteris Testamenti, et
tam barbare nunc scribam, ex Homeri elegantis in hunc
campum delatus, e noui foederis Scriptoribus. Ut et hoc
meum adserendum vno exemplo illustrem, legimus, si quide-
cunda recess ab explicando Genesios mirae simplicitatis libro,
nullique alii dulcedine impare, venio, inter promissiones a
Deo Abrahamo factas Gen. XXII. 18. et hanc, fore, vt
omnes terrae populi benedicantur in semine eius:
(רְחֹתֶבֶת בָּרַעַץ כָּל גַּוֹּי הָאָרֶץ) phrasis prorsus He-
braea, quae Latina lingua denotaret fere felicitatem popu-
lorum, qua sint gauifuri, quod ab Abrahamo stirpem tra-
xerint. Suboriuntur autem multae difficultates in vqce עֲדֵי
semine. Non potest illa capi de Isaaco, si quidem et illi
XXVI. 4. eadem promissio sit, neque de Iacobo, cui quidem
aequae bona annunciantur XXVIII. 4. Videtur itaque
sermo esse de alio semine, a quo in primis tot sint in popu-
los redundatura commoda, vt se felices praedicent in Abra-
hamo. Dispelliuntur hae nebulae omnes collato loco N.
T. qui est ad Gal. III. 16. vbi legimus: τοῦ δὲ Ἀβραὰμ
ιδόθεντοι οἱ παγγεῖλαι, καὶ τῷ επέμβατι αὐτῷ καὶ λέγει, καὶ
τοῖς επέμβασιν, οὐκτὸν πολλῶν, αὐτὸν οὐ φέρεις, καὶ τῷ
επέμβασι τῷ, οὐκτὸν χαρεσός. Στοιχ. itaque de futuro semine, de
Christo accipiemus, ab Abrahamo descendente, et multi-
genae felicitatis omnibus populis fonte. Idem saepe fru-
ctus, vt ex hoc campo ad Homerum Virgiliumque redeam,
ex Italo poëta in Graecum ipsa comparatione redundant.
Virgilium autem Homeram intellexisse, quis audeat dubi-
care? cuius quidem immortalia carmina vt eo melius intel-
ligantur, non parum contulere, vt iam ante memorauimus.

multi deperditi Auctores, quorum lectione instructus erat, et vnde magna lux non potuit non diffundi in vniuersum Homerum. Quod igitur ad diuidicandam illustrandamque corporis humani structuram ex comparatione corporum brutorum animalium Anatomici, ad explicandum Polybiuum e Liuio Historici, Theologi e noui Foederis Scriptoribus ad explicandum canonem veteris Testamenti petunt commodi et subsidii, eundem sane capit fructum fidus Homeri interpres e lectione Virgilii sedulo et recte instituta.

*ARCHIDIACONI IO. FRANCISCI DE TVS-
CHIS a Fagnano, ex S. Honorii Marchionibus, Observatio
aurorae Borealis visae nocte in sequenti diem XXVIII. Iunij
MDCCCLXXVIII. habita Sepogalliae.*

Ad horam quartam noctis cum dimidia cubiculum ingressus, ubi Librerum meorum supplex seruatur, ut amico Epistolam darem, insolita luce perfusum vidi. Statim ad fenestram cucurri, eaque aperta, aurora borealis gratissimum mihi spectaculum praebuit, eo magis, quod Maierus Tomo I. Commentar. Academiae Scientiarum Petropolitanae, se aestiuo tempore nunquam vidisse dicat.

Fenestra Coro opposita respicit ciuitatis plateam, et licet in alto collocata sit, aedificia, quae illam circumdant, non parum obseruationes impediunt, ideoque Arcum aetensum et rubeum non vidi, cuius corda noster foret Horizon, neque virgas salientes, et descendentes, sed ex lu-

ce

cē rubicundiori, quae atmosphaeram illuminabat, facile erat deducere, haec phaenomena non defuisse.

Quod igitur mihi datum fuit adnotare, fuere columnae lucidae, quae a septentrione usque ad occasum se extendebat, et quae erant huic propinquiores, lento motu versus Boream ferebantur, et quasi omnes inter se parallelae, non elatiores, nec depressores siebant, non erectae erant, siue perpendiculares, sed in summitate versus Oculum spectatoris inclinatae, ita ut dixerim, quamlibet earum formam habuisse sphaericci trianguli, cuius vertex Coelum respiciebat. Erant columnae tam fulgidae, ut Aurigae stellas quartae tertiaeque magnitudinis abscondenter, eaurumque margines terminabantur lumine caeruleo et rubro, non fecus ac in Iride, eandem semper lucem conseruarunt, ut ex radii, qui ab ipsis emanabant, ab initio obseruationis, quamuis tenuorem.

Post horae dimidium columnae omnes ad Boream coaluere, magnumque frumenti manipulum repraesentabant, scapis ad horizontem versis, spicis ad coelum, quod elapso quadrante disparuit, et lux undeque inter Boream et Eurum se sparxit, quae ipsa post alterum quadrantem penitus euanuit.

Coelum vndique serenum erat, vel tale dici poterat, nam initio obseruationis duas solummodo non magnas nubes vidi, unam inter occasum et Corum, alteram inter septentrionem et Eurum: sed cum durante obseruatione immobiles persisterent, atque interdum, ut ordinarie euenit, fulgurarent, primo intuito agnosci poterat, nullam cum boreali luce relationem habuisse, et reapse cum haec disparuisset, nullam variationem passae esse vilae sunt.

Noe

multi desperdiit Auctores, quorum lectione instructus erat, et unde magna lux non potuit non diffundi in vniuersum Homerum. Quod igitur ad diuidicandam illustrandamque corporis humani structuram ex comparatione corporum brutorum animalium Anatomici, ad explicandum Polybum e Liuio Historici, Theologi e noui Foederis Scriptoribus ad explicandum canonem veteris Testamenti petunt commodi et subsidi, eumdem sane capit fructum fidus Homeri interpres e lectione Virgilii sedulo et recte insti-tuta.

*ARCHIDIACONI IO. FRANCISCI DE TVS-
CHIS a Fagnano, ex S. Honorii Marchionibus, Observatio
aurorae Borealis visae nocte in sequenti diem XXVIII. Iunij
MDCCCLXXVIII. habita Sepogalliae.*

Ad horam quartam noctis cum dimidia cubiculum in-gressus, ubi Librerum metrum supellex seruatur, ut amico Epistolam darem, insolita luce perfusum vidi. Statim ad fenestram cucurri, eaque aperta, aurora borealis gratissimum mihi spectaculum praebuit, eo magis, quod Maierus Tomo I. Commentar. Academiae Scientiarum Petropolitanae, se aestiuo tempore nunquam vidisse dicit:

Fenestra Coro opposita respicit ciuitatis plateam, et licet in alto collocata sit, aedificia, quae illam circumdant, non parum obseruationes impediunt, ideoque Arcum ac-tensem et rubeum non vidi, cuius corda noster foret Ho-rizon, neque virgas salientes, et descendentes, sed ex lu-ce

cè rubicundiori, quae atmosphaeram illuminabat, facile erat deducere, haec phaenomena non defuisse.

Quod igitur mihi datum fuit adnotare, fuere columnae lucidae, quae a septemtrione usque ad occasum se extendebant, et quae erant huic propinquieres, lento motu versus Boream ferebantur, et quasi omnes inter se parallelae, non elatiiores, nec depressores siebant, non erectae erant, siue perpendicularares, sed in summitate versus Oculum spectatoris inclinatae, ita ut dixerim, quamlibet earum formam habuisse sphaericu trianguli, cuius vertex Coelum respiciebat. Erant columnae tam fulgidae, ut Aurigae stellas quartae terfaeque magnitudinis absconderent, eamque margines terminabantur lumine caeruleo et rubro, non fecus ac in Iride, eandem semper lucem conseruarunt, ut ex radiis, qui ab ipsis emanabant, ab initio obseruationis, quamvis tenuiorem.

Post horae dimidium columnae omnes ad Boream coaluere, magnumque frumenti manipulum repraesentabant, scapis ad horizontem versis, spicis ad coelum, quod elapo quadrante disparuit, et lux undeque inter Boream et Eurum se sparxit, quae ipsa post alterum quadrantem penitus euanuit.

Coelum vndeque serenum erat, vel tale dici poterat, nam initio obseruationis duas solummodo non magnas nubes vidi, unam inter occasum et Corum, alteram inter septemtrionem et Eurum: sed cum durante obseruatione immobiles persisterent, atque interdum, ut ordinarie euenit, fulgurarent, primo intuito agnosci poterat, nullam cum boreali luce relationem habuisse, et reapse cum haec disparuisset, nullam variationem passae esse vias sunt.

Noe

Non antecessit tepida tempestas, neque comitata est,
multo minus frigida successit; sed lenis Auster spiravit
a noctis initio usque ad mane, atque aeris temperies per
totum obseruationis tempus eadem fuit, quae mensa Maio
esse solet.



NOVA ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsia

Calendario Januarii Anno MDCCCLXXVI.

PETRI LAMBECKI, HAMBVRGENSIS, COM-
mentariorum de augustissima Bibliotheca Caesarea Vindobon-
ensi LIBER, SECVNDVS. Editio altera, opero et stu-
dio ADAMI FRANCISCI KOLLARI, Pandonis
Neosolensis. Augustae Bibliothecam Vindobonensem Custodes
primarii, in Collegio Aulico rei metallicae et monetariae pro-
curando consiliarii, et Academias Electoralis Scientiarum
elegantiorum litterarum Theodoro-Pal-
tinus Socii Extraordinarius.

Vindobonae, typis et sumptibus Ioseph. Thomae Nob. Tragmanni; Augustae Aulae typographi et bibliopolae Via-
do-

H h

245 NOVA ACTA ERUDITORUM

dobonensis, Anno a partu virginis 1769. Pagg. omnino
967. scum tabl. aen. multis, in fol.

In Commentariis Lambecianis de Augustissima Bibliotheca
Caesarea Vindobonensi recognoscis, pergit Illustris Kol-
larivs, Virginis nostra Iudee majori, pro instituto et pro-
posito suis sicut in his Actis Annis 7, 11 pag 145. qd. ex-
posuimus, eoque consilio iam et alterum Commentariorum
librum euulgauit, magna vt profitetur, et ipsa res testatur,
diligentia a se ornatum et expolitum. Curavit autem, vt
quae in Additamentis inferenda suis locis designauerat Au-
tor, ea adiecta legerentur, nisi quaedam grauis causa, or-
dinis nempē et rerum conditio, aliud suaderet; potro, vt
quae essent loco non commodo tradita, reiicerentur in
statim; monerenturque lectors, vide quaeque ipsis petenda
essent, denique vt afferrentur ea, quae ab eruditis essent
prodita, ad nonnulla horum Commentariorum loca, in re-
bus petissimum ad Criticas et Historiae cognitionem spe-
ciantibus, expoundenda et corrigenda; ad quae capita fere refe-
runtur omnia, quae in refingendis, supplendis, perficien-
doque his libris peracta sunt. Haec nouae annotationes
Lambecianis more, quae nusquam vulgaribus minoribus in-
signitiae sunt, adiectis maioribus litterarum A, B etc. formis,
distingueruntur. Secundus hic liber nostram capitibus con-
stat. Primum de nomine vero, et causa nominis Vindoba-
nae urbis exponit. Alterum idem argumentum tractat.
Reimannus minime probabatistam disputationem, tamquam
velut prorsus ab unius operis proposito, alienam,
omissam, aut suo potius loco, in primo statim libro prola-
tam fuisse volebat; illo Kollarivs tamen, quamquam idem
censeret, prorsus mouendam et tollendam non putauit, cum
multa praeterea complectatur, quae ad cognoscendas Biblio-
thecas diuicias, palchis, ut sit, deduxerint, sive quod aptius
foret,

forat, commode pertineant. Sed in redintegrandis et cor-
 rigendis his sectionibus in primis, magna cura apparebat, cu-
 ius documenta praebent crebrae annotationes et adspersae,
 quarum aliae paucioribus, aliae pluribus verbis expediun-
 tur. At aliter de sequentibus statim capitibus III. IV. V. et
 VI. statuere placuit. His, in quibus quippe non solum a-
 lieno loco multa de Codicibus quibusdam latinis contine-
 rentur, sed eorum quidam etiam intempestivae euulgaren-
 tur, ita ut voluminosis operis scribendi quaesita magis quam
 oblata videretur occasio: suum locum assignauit in *Analecto*
 rum Vindobonensium opere, una cum nonnullis, quae in
 Additamentis Auctori, maioris amplificationis causa, suis adi-
 cienda prodidisset. Addimus ipsius Ill. Editoris verba.
 „Ex quibus, ait p. 116. aequa atque ex vngue leonem, in-
 tempestivum Lambecii Commentaria nostra scribendi mo-
 rem facile agnoscas. Capitis enim initio priui urbem no-
 stram per se W. non V. scribi oportere, frustra nitebatur
 eo potissimum, quod in quibusdam vetustis quidem, sed
 indocta manu scriptis, eo modo occurrit scripta, neque
 aliter a Narbonensi Vienna queat distingui. De soloecis
 hoc scribendi more, deque yano a Narbonensi Vienna me-
 tu, dixi quae debui, supra pag. 7. Lewissima autem illa ac
 ridicula de causa Latinorum tot codicum recensionem in-
 tempestivam proflus et απεσδιόνυσον hoc quidem libro fu-
 isse, facile cuius intelliget; neque illus, credo, prudens
 et eruditus lector datus est mihi vitio, quod hinc rescif-
 fam in *Analectis* meis ediderim, pag. 1. et 2. “ Adequa-
 da fuit eadem *Analecta* p. 27. n. III. item a pag. 643. p.
 VII, p. 727. et 825. n. VIII. et IX. Iam, codicis Ms.
 operum Dioscoridis verbosam et prolixam collaudationem
 septimo capite tractatam, ab hoc quidem libro alienam
 seruandam fuisse ad Lib. Comment. VI. P. II. Cod. V. ubi
 de eo deputa opera egit, pag. 123. obseruat; ibidemque
 H h 2 monet,

XXXVII NOVA ACTA ERUDITORUM

mōhet, compertum se et exploratum habere, exaggeratum
istum Lambecii verborum cumulum, si ventilare lubeat,
maximam partem in ventum et paleas abiturum esse. Obseruationē palmariam, et rei criticae studioſis scitu gratam,
vt arbitrātur, et necessariam, non filestimus. In Codice
iste folio septimo haec verba leguntur: Τάδε τρίτην, Παχιανίδην
Διόσκοριδου Αναζαρβέως περὶ βοτανῶν καὶ ῥιζῶν καὶ χυλομάτων
καὶ σπεργατῶν σομφύλων τε καὶ φαρμάκων: quae Lambeci-
cius vertit: *Haec insunt: Pedanii Dioscoridis Anazarbensis*
de herbis et radicibus et succis et sennib[us] cum foliis simul ac
medicamentis. Igitur haec: ΣΥΝΦΤΛΩΝ, ait, quae in co-
dice coniunctim leguntur, separatis legit sic, εὐν φύλων, et
interpretatus est, *cum foliis*, reclini incorruptumque putans
esse τὸ φαρμάκων, sensu huic loco patum apto, errore ma-
nifesto atque admodum turpi. Quippe ut *cum foliis* verta-
tur, εὐν φύλων Graece scriptum esse oportet, quo indicio
mendam librariorū non aegre videre poterat ΣΥΝΦΤΛΩΝ
πρΟΣΤΝΦΤΛΩΝ scribentis, eademque oscitantia τὸ φαρμακώδων,
quod sub oculis habebat, in φαρμάκων vertentis. Omnis
enī haec epigraphie desumpta est ex initio libri eiusdem
Dioscoridis tertii, vbi post alia leguntur haec: περὶ ῥιζῶν καὶ
χυλομάτων καὶ βοτανῶν καὶ σπεργατῶν σομφύλων καὶ
φαρμακώδων. — A Dioscoride autem σύμφυλος et διογενής
prōmiscue ponit, et τοῖς δισμόφύλοις opponi, loca eiusdem scri-
ptoris alia demonstrant. Mentionem quoque facit Lambeci-
cius editionis Dioscoridis ab Iano Antonio Saraceno cura-
tae. Multo tamen auctiorem ait esse appendicem illam ve-
tustissimi iussi, de quo agat, Mſti Dioscoridiani. In quo
falsus fuisse, nec satis inspexisse membranis inscriptam Vin-
dobonensis Appendificem, arguitur. alioqui animaduersu-
rum fuisse, haec, quae versu scripta sint, ab iis quae in prosa
habéantur in Saraceni editione, diuersa esse. Non Pamphi-
li Alexandrini, sed Rūfi Ephesii haec Appendix putatur, sub
cuina

ceteri nomina cum Dioscoride ab Aldo 1518. et ab Fabricio B.G. II. p. 630. typis excusa sunt. — Alius praeterea prior si-millimus Dioscoridis Codex, cum aliis plurimis optimaenon-tae codicibus priscis, Neapolit transmissus, in Bibliotheca hac Vindobonensi asseratur. Est idem ille codex, quem a se Neapolit visum memorat Montefalconius Diar. Ital p. 307. quinque diligenter recenset Palaeogr. Gr. p. 212. lqq. Ait autem, hunc codicem illi Caesareo elegantia pa-rum concedere, seque credere, antiquitate isti aut parem esse, aut potius anteire; quibus dicit fauet Kollaris, qui codicem istum Neapolitanum a se diligenter inspectum, et varietatis lectionum enotandas caussa cum altero clario illo, Byzantino, ut vocat, collatum, eodem antiquiorem esse censet. Monet etiam de variis lectionibus, quae in Saraceni exemplo Dioscoridis marginem occupent, notis V. aut V. C. i. e. *Vetus codex* inscriptae, eas esse ex Codice Vindobonensi Byzantino, (sic enim appellare pluer, ad dis-ferendum eum ab altero, nunc quoque Vindobonensi Neapolitano), petitas, a Ioh. Sambuco, qui eas Saraceno transmisserit. Conringium quoque docet perperam intelle-xisse Lanbecii narrationem, cum *Introductione in universam Art. medicis* et sing. eius part. p. 275. existimet, codicem il- lum Caesareum, sive potius folia aliquot, quorum fit inscrip-tio: Ιατροφου κρατενου του βιζοτμου περι υλης ιατρενης, es-se opus quoddam integrum aut peculiare; esse enim eadem illa, quamquam non omnia, Crateuae fragmenta, quae illi Byzantino codici insint, a Graeculo quodam, ex eodem Byzantino Codice, recenti profum furtiuaque manu descrip-ta. Denique se compertum habere, foliis hisce tantum, neque alio Crateuat codice vsum fuisse Matthiolum. Cur vero codicem Cantacuzeni appelleret, hanc fortasse causam esse, quod sub finem legantur fragmenta quaedam, ex Antonii Cantacuzeni Observationibus medicis excerpta: alte-

ram codicem Neapolitanum minoratis Cratuae exceptis, carere: neque vero singulis, ut scribat Courtingius, plantis. Cratuae fragmenta subiecta esse; pauca admodum esse, prioribus columnipodo plantis adscripta. Ex quo intelligitur, quam fructuofus eruditus futurus sit labor recensendis his Commentariis, ab illi Editore suscepimus, quod, ut arbitramur et auguramur, in progressu operis, seo loco, clarius apparebat.

Cap. VIII. quod amplissimi Bibliothecae Caesareae, segmenti historiam continet; et hanc ob causam suum retinuit hoc in libro locum, materia itidem praefebit classis, gandorum quorundam errorum, v.c. illius, quem in describendo Ciceronis nemo commisit Lambeccius, in veterum literarum cognitione non admodum tritus. In quo refellendo virior iudicio et vero etiam verbis lac. Gronovii, ex eius prefatione editioni sua Operum Ciceronis praemissa, deponit. Nobis, quia base editio in eruditorum manibus est, suffecerat, illic cupidos Gronowiani nominis allegare.

Sequitur ipse catalogus Codicum Manuscriptorum, qui ex Archiducali arce Ambrasiana, iuxta Opinioneam sua, in Bibliothecam Caesaream Vindobonensem quondam translati sunt. Hic quingentos manu exaratos codices comprehendit, numerosus utique, ac pro extemporali Specamine satis prolixus. Et quia Ioh. Bapt. Gentilotus, bibliothecae post Nesselium Praefectus, eos cum ceteris eisdem linguae et patriac codicibus Caesareis miscuit: ad Lambeccii normam in sex classes diuisit, eruditisque recensuit: quia porro frequenter in Commentariis suis ad istum Catalogum lectores remittit, eusque, aut pro merito laudat, aut more suo docte expendat; denique, quia Montefalconius etiam eum, in Bibliotheca Bibliothecar. MSS. T. I. p. 562. seqq. compendio

Si retulit, his potissimum de caussis secundo hoc libro ita-
rum editus est. Editor autem, de studiosis harum rerum
bene marendi studio ductus, ad codices singulos diligenter
adnotauit, qua in manuscriptorum classe, quoque sub nume-
ro, quisque positus ab Gentiloto et recensitus sit.

De reliquo, hac ex parte levatus ipsius labor, istius
opera videtur. Est tamen, ubi Gentiloti assertis et obserua-
tis, vel sua ipsius, vel aliorum sententia subuenit, v. c. in
iis quae ad Codicem Iuris feudalis Germanici spectant, lau-
datie Christ. Thomasii *Selecc. Frudalibus* et Reimanni *Bibliotheca Aeroamatica*, quibus in libris passim errores Lam-
beciani castigantur. Agnoscamus candorem illi Editoris,
qui ista dissimilare minime voluit, quem etiam his verbis
testatus est, quae p. 686. leguntur: „Quae et similia non
„alia, Iouem lapidem iuro, mente detego, indicoque,
„quam vt Commentaria nostia ab huiusmodi falsis assertis,
„quantum in me est, immunia, usibus utiliter seruant pu-
„blicis.“ Quid alios memoremus in *Geographicis Histori-
cisque rebus indicatos errores, et idoneis rationibus mani-
festataam veram, cui sit innanendum, sententiam? quid
commemoratos scriptores, qui inter recentiores easdem res
accuratius et luculentius petractauissent? Inter quos videba-
tur etiam referendus esse Dav. Ruhnkenius, celeberrimi no-
minis nunc Criticus, qui quandam a. 1743. Vitembergae,
sub praesidio Iohann. Daniel. Ritteri, Regii et Electoralis
consiliarii Aulici et Historiarum Professoris publ. ordinarii,
duas dissertationes defendit, sive potius alteram tantum
nam alterius tuendae ipse praefuit, *de Galla Placidia Au-
gusta*; sed fortasse suo merito praetermissus est, quando-
quidem nec is villam Lambecii, cuius de eodem argumento
disputata, aliquot occupantia plagulas, in hoc secundo Com-
mentariorum libro insunt, mentionem facere deprehenditur.*

Ad

Ad nonum Caput, quod de finire Budensi, deque re seranda conditione, qua iacentem offenderat ibi Lambecius bibliothecam Matthiae Coruini, Hungariae regis, de more scriptores landantur, e quibus plenior et certior descriptio Budae et ipsius bibliothecae peti possit. Editoris quoque in eodem argumento iam dudum aliquid molientis, fortasse habemus opuscolum, nisi proinssio Pauli Fabri, in *Commentatione de Augusta Budensi Bibliotheca*, quae Lipsie a 1756. prodiit, qua scribit se iustum huius Bibliothecae historiam breui daturum, ab incepto reuocatus fuisse. Sic enim vanis saepe quoruindan promissis, ineditata allorta consilia irrita sedduntur.

Et quia ad augendam Bibliothecam Caesaream hoc iter pertinuit, in fine subiicit ill. Editor caetera, quae Lambecius alii in locis ad historiam et incrementum eiusdem bibliothecae spectantia, adnotasset, nempe e *Libro Comment. quarto*, locum p. 326. et *Additamentum VIII.* quod is in *Appendice Libri Commentar.* quinto illuc referre sussent, quo continetur index manuscriptorum aliquot Graecorum, qui emtionis iure ei accesserunt; item ex Appendix libri *Commentariorum septimi Additamentum XII.* agens de insigni biblioteca Hispanica ill. Marchionis Gas bregae, quae anno superioris saeculi 75. Bibliothecae Caesareae feciciteret inserta. At aliis de huiusmodi additamentis inferendis admonitionibus, praesertim si paulo alieniora, aut ab aliis intercedente tempore tractata referrent, obediendum non putauit. Sic v. c. p. 950. ita scribit: „In *Appendice Libri Comment. quarti Additamento septimo*, certas, vt ait, ob causas, ad sui his noster volebat longam ex Iohannis Pierii Valeriani libro primo de literatorum infelicitate, laciniam, fatali ac fortunam Iani nostri continentem. Eodem Pierii loco opportunius et scitemus.

ngis

igitur ut et Cl. Norbertus, in iuxta laudata de vita et scriptis
Iani dissertatione, quem hic omissam (l. omissum) ibi
quaeri legique volumus. Sermo enim est de Iani, sive
Johannis Episcopi Quinque Ecclesiastis, qui tempore Ma-
thiae Corvini regis Hungariae vixit, Cäcminibus; quorum
anno huius saeculi 44. splendidam Norbertus, adiuuante
Kellario, editionem curauit.

Ergo sane intelligamus, quam gravi et multiplici labo-
re opus sit, ad hanc rudem fere et indigentiam Lambeciano-
rum Commentariorum molem disponendam et ordinan-
dara; quam multa sint indaganda, relegenda, exponenda;
quam saepe sint alia aptanda et connectenda, alia sacra-
nda, carpenda, runcanda, interdum etiam truncanda. Ergo
etiam moram perferemus, et indulgebimus cunctationi,
quam in Praefatione excusat Editor, non inertii, sed sapienti.
Neque enim tantum ex posteris, sed etiam nec ex hac actate
quisquam quereret, quam cito, quamque festinanter, sed quam
recte et diligenter tam hunc, quam reliquos Commentario-
rum libres ediderit. Qui quidem de tarditatis excusatione
locus admonet nos leviculi vitii, ab eximio opere chartarum;
que et typerum nitore luculento eximendi, quas fitios pro-
quaesitos; sed et alia deprehendimus interdum, in visio-
næ magnitudinis litteris. An non et hue illud refere-
dum p. 162. *Ad publicos in domo pro ad pulices?* Sed in
hie, quis neminem facile turbauerat, minime immo-
tus erat. Optatus autem vehementer, ut firma valetudine
recreatus Editor illustris, inoffenso pede pergit ornare rem-
publicam atque illustrare insignis doctrinae sane fructibus.
Optat hoc vero nobiscum omnes qui litteris bene capiunt.

84. NOVACCAERUDITIONE

COMMENTARII DE VARIOIS REBUS GEN.

pioris momenti, querum usus est in republica administranda:
diese Verfache über vielseitige ethische Gegenstände, welche
auf den Dienst des Staates Einfluss haben.

Liber Tauton. prodit: Francofurti ad Moenum et Lipsiae.

1772. 8. mox.

Stechius; arsenorum bellicotam. Cosper; tem ab anterioribus
genii sapientiae; quam ab vberioris doctrinae copia in-
cludat. quoniam Berolini hac laude maxime omnium flore-
at, metuit anchor haberi: hinc scriptoris, cum: opinio: in
hoc genere comparanda, et romano dignata; quaterudisissi-
mum virum laude canundet; confessus enim videtur id,
ut, quod studii prae se ferre, illud plene exprimeret. Li-
ber meditationes continet: genissimi argumentos. M. n. m.
m. mero: harum. eas tantum; omnis sit reliquic deliberauit,
quae ad iusti scientiam maxime pertinet; illud genus in no-
tiorumque veratur, quod iuris est inter gentes. Agit al-
audier de nota Lituaniæ cum Germanis insubstantiæ illius,
quam autem aliquis fuerit, iam interciduisse nobis compo-
nus, sator luculentis rationibus evicit, quibus omnia hec:
notitiae etia: contulit, nostra clara pœ occasionem bellii
Borussiae ab ordine equum. Teutonicorum; vero regni
Germanis illius: regiunt imperium assertori, ceteras
quondam a domini. Nam cum ducatis ab his annis Li-
tuanas Russiam clausimque affecti essent eis publica:
calamitate Germanorum, quibus temporebant, auxilia collig-
tarent, at nemo ab his exitium depulsum iret, hi ad incitæ
redacti, quippe qui quatuor annos infensissimum hostem
fili toleraverint, tandem novos dominos circumspicerent.

relicis prioribus, et pars in Suecorum clientelam venit, pars Polonorum fidei se permisit, quae postea Lithuaniae accessa est. Imperatores igitur protestationibus nihil agere videntur, quibus sua vis legitima deest: potius Germani, quod implorati nullam Livonum curam habuerint, neque illorum iniurias ex foedere vlti sint, videntur iure gentium deseriri debuisse. Omnis enim res publica, quae clientum, seu prouinciae, seu populi, necessitates prodit, a eque villa afflictorum cura tangitur, si illam qui coluerunt deserunt, iusta patitur; nec est quod de iniuria queratur, illata potius quam accepta, quod partes alterius fecuti, cuius vel opes admiramus, vel singularem in suos fidem suspicimus, veteres necessitudines soluamus. Neque ille, qui proditis clientibus diuina humanaque iura violavit, villa iuris formula efficiet, vt causa integra sibi sit, eos, quasi rem suam, quandocunque repetendi: his enim cautionibus contra violentos vtimur et dolosos, qui ciuitatum opibus inhiant; imbecilles non calumniamur, qui, nisi neglectis nobis, neglegti ipsi, salvi esse non possunt. Sic in ea pace quae Oliuae coaluit, Imperatoris legati, quod regi Suecorum Livonia cessisset, ne verbo quidem questi sunt: et si maxime debuissent si quid sui iuris in illam fuisset, illud exponere, neque committere, vt ab ignariis haram rerum iniuria sibi fieret, quam tamen, si villa ipsis facta est, animo tam aequo tulerunt, vt primi essent qui regem ob illius imperium solemniter nomine appellarent: quo pacto, si quid his iuris in illam tum fuit, omne sane est sublatum; igitur, (scriptoris est oratio honesta sane atque adeo nostra) ad commenticia iura quibus umbratrici doctores rem Germanam adaugent, et illud referendum esse. Sequitur tertia, de praeferendo crucis insigni, tractatio, qua, seruato tempore et ordine, et studiis illius origo et successus exponuntur, nimirum ut honos iste sanctius ad fiagulos perueniat, quibus habebetur, Rupes, legatis populis, Patria.

Reuentibus, ut qui illam ex Pape accepissent post Synodum
 Vienensem, 13. i. cancellario coimbatum; Archiepiscopis;
 Hoc, quod Praetori extra cuius imperii fines eonosuntur, pro-
 bari, illi non aliquem dignitatis gradus desigunt, sed esse
 majoris cuiusdam iurisdictionis indicem, neque aliam ob-
 sequem Confidenciarum solius hanc dignitatem teneant, hoc
 indecni caro videat. Si quis Papae legatus vibem re-
 giam inteat, profectus illa esset, sed in via Palati manu
 suorum ab adveniente primum salutare. Tota disputatio
 illi prout singulariter ipsam hoc debet indicare, aperte
 et conformatibus pacem modi socii, et de origine, genitu-
 mero. Legamus hic, principes illius anni paciorum: Adic
 Westfalia, obediens firmans, obediens, ut dominio omnium
 contra foedus religiosum, agenibus, adspicere vi illorum
 libidinosa, et amissione: hoc impensis confederatae obli-
 dicato. Steppe, confidens Westfalia, cum foudre accipiente,
 spondere, siue modi videntur: ab his tunc ex anno
 funderum genna inter Germanos, non certifice. Meliorum
 illud ex alterius sale annus recte efficeret. Deinde in hunc
 non multa exempla procul eorum temporum, cum e Germanis
 sit, tum e aliquaque populo. Adhuc anno 1493, anno Silvani
 facti, pax fieret, inter Maximilianum IV: et Carolam VII.
 Francorum regem, constitutas sibi quedam trahit utique
 milita: viras, maxime conspicuas, quibus illa fissa
 confederatoribus. Mox principes sensisse, damnosum sibi
 hoc genus videntur esse, fine dentibus, fine omegnibus;
 et metas rogarer aliarum civitatum principes, ut foedus
 et factorum suscipiantur: inde agnosca no-
 strorum temporum: horum primum exemplum: depre-
 chisse videri se sibi illud in pace Blesensis, 15. Iuliani XII.
 Franciae et Ferdinandi Aragoniae regnum; ab his Anglia
 magna esse rogante, vicinatum perfruunt fidem auctoritat-
 fera.

tueretur. Sequitur sexta de mediatione portae Ottos
mannicae. Turei, et si eo ingenio sint, quod abhorreat fere
ab exterritorum populorum negotiis, tamen haud grauantur
rebus suis principes Christianos interuenire, ipsi illorum re-
bus nunquam interuenientes. Erat igitur quam miremur
illa gentis in nos pietas, qua functa est non tamen defuncta,
in bello de successione Austriaca, vbi oratores misit animo-
rum conciliandorum causa, quos partes laudatos dimiserunt bel-
ligerantes. Undecima est de consulibus sic dictis populorum qui
mercaturam faciunt: hoc nomine medio aeuo quidam lau-
dantur iudices et praefides mercatorum, iam in rebus Italicis
post annum 1100. conspicui, atque etiam nunc in emporiis
Francorum vigentes. Qui cum mercaturae mire prodeissent,
simulac occidens cunus oriente, expeditionum cruciatarum
ope, commercia instituisset, missi sunt in eos tractus qui suae
gentis mercatoribus consulerent, eorumque causas iudica-
rent: hi reliquis ortum dederunt, qui a ciuitatibus in portus
et emporia peregrina ablegantur, ad subleuanda suorum
commercialia. Nostis temporibus Consul est publicus ciuitatis
procurator, a populo, quocum est commerciorum socie-
tas, publice admisso, qui ciuitatum suorum inter se lites di-
rimat, causam defendat, utilitati prospiciat. Is, et si populo
paret qui misit, tamen in causis ciuilibus et priuatis, licet
eum ad iudices deferre apud quos dudit, nisi pacto aliter
cautum sit. Consules in oriente, qui apud Turcos degunt,
vi pauci legatorum iure fruuntur, nec in vineula dueuntur,
nec eorum bona retineri fas est. Omnis cum iis-causa apud
legatum disceptatur, qui missus ab eius gente Constantino-
poli habitat, salua tamen Turcis cognitione. Hanc autor
eiusmodi esse credit, ut consilium imperii Ottomannici su-
prenum, cum legato aut consale generali coniunctum, ha-
tem componat, quae Consuli vel a suis, vel a prouincialibus
accordatur. **Mox** autem paucis Vattelium striguit, afferen-
tium

casu de his procuratoribus, eti pacto non erat ut se
men eos in foro domiciliū accusari aeras esse; nec eos res
publicae, cuius solo immunatur, subiectos esse. Principia
est Consules nominare; mercatorum, negotiorum gestorum,
illi vel litteras accipiunt, quae plebani ipsi fiduciis efficiant
vel cognoscendis taceant et prouisorias: hi, publica au-
toritas non possunt. Cum e rebus publicis non admittan-
tur, nisi voluntibus, iura et immunitates eorum pactis nitun-
tar. His apposita sunt excerpta quedam e pactis com-
merciorum causa factis, cum gentibus imprimitis barbaris;
monstrisque, raro illos in commerciis cum populis Europa-
is, iurisdictione vti, sed fere per orientem. Nec tamen
causas tantum iudicant mercatorum et nautarum, sed et reli-
quias ciuiles, nisi pacorum iure prohibentur. Prouocationes
ab iis est ad ciuitatem cuius negotia gerunt, appellato maio-
re magistratu. Delicta sine prouocatione coercent, suppli-
cium tempore et poenas corporales non irrogant, sed cauam
cognoscunt, et litteris perscriptam ad alios iudices mittunt,
quibus de re nautica iurisdictio est. His aquila sanecqua-
tur iura aut officia Consulatu ad promouenda sua genere
commercia. Est et vestigial quoddam quod Consules exi-
gunt, ex onere nauum et mercimonii, sive ciuium, sive alio-
rum, qui ciuitatis insignia in navibus suis attollant, aut quo-
modo ipsorum opera vtuntur. Nostri acti quinque-
gesimas fore capiunt, nisi illas sibi princeps viadicit ad legi-
tionum summis sustinendos: tum his ab illo certa merces
soluitur. Haec de consulibus disputatio in totu libro facile
primas tenet: nec tamen reliquae locioris momenti sunt;
quibus omnibus autur se talen probavit eruditio, qualiter in
hoc genere optamus, intelligentem et singulari iudicio pro-
ditum: qui si plura sui ingenii specimina edat est quod cor-
dai sibi gravulentur.

IM.

IMMAN. IO. GERH. SCHELLERI PRAECEPTA
 scilicet bene latini, in primis Ciceroniani, seu eloquentiae Romanas,
 quidam nunc nostris temporibus in dicendo et scribendo usum
 passus, summa diligentia, maximoque perspicuitatis studio
 tradidit et illustrata **PARS POSTERIOR.**

Lipsiæ summis Caspaci Fritsch, 1810 CCCLXXII. a. p. 497.
 ad p. 878. præter Indicem.

Praecepta, quae docent, qua ratione quis latina lingua in
 scribendo atque dicendo recte vel bene ut possit, et
 debet, et quae summa diligentia, maximoque perspicuita-
 tis studio tradita seruntur, quoniam debentur cuiuslibet docto grata
 esse atque accepta, ut scribendi, vel quod tamen rarius fieri
 solet dicendi littere necessitate imposita, intelligere possit,
 quantum accedat, vel quantum ablit ab elegantia veterum
 scriptorum aureae aetatis, ut veterum scripta non sine fructu
 legere, vel aliis explicare queat, ut denique praecepsis praec-
 missis facilius atque citius ipsis vnu, atque assidua veterum
 lectione, quae sequenda, quæcunque vitanda sint, capiat: huic
 quoque posteriori parti, ut priori, non defatigos esse emto-
 res atque lectores cupidos credimus, praesertim quoniam
 etiamus quamplurimos reperi, qui velut stili bene latini,
 in primis Ciceroniani, laudes ferre, quicunque sibi persuadeant,
 se his praecepsis cognitis bene latine, atque ita scribere pos-
 se, ut Ciceroni vel nini, vel parvus cedere videatur. Id
 quoque doct. Schellerus possimmo spectasse videtur, ut
 contentu linguae latinae sagato, atque barbaris polsa, exci-
 taret studium stilii bene latini in animis eorum, qui suos li-
 bros non intra fines Germanicas modo, sed in exercitio quo-
 que

que regionibus non a sece tanata totius hominibus, sed posteris etiam legi atque amari cupiant, ut adolescentibus instillaret atque infereret haud facile extirpandam cupiditatem imitandi, atque ideo nomenzandi Oicorosis, et denique, comodis latinarum literarum, atque saluti cum scholae, cui non sine laude praeceps, tum auctoriam, quantum possit, prospicere videretur. Formaturus igitur non tam scriptorem, quam potius oratorem latinum, de tribus virtutibus plaecipuis eloquentis, atque illi perspicuitatis, gravitatis, suavitatis, ita dissensit, ut qui perspicue, graviter, eo summa cum loqui, tum scribere possit, ac sollet, hunc partibus suis facere sat, ac illi bene latini laudes assequi demonstraret. Perspicuitatem distendi, et scribendi certi in set scriptis, si quis ita vel loqui vel scribere possit, ut et ipse, et res facile intelligatur ab his, quibus, vel gaudia gratia, vel, dicas, vel scribis.

Quam vero perspicuitas dicendi atque scribendi quippe atque natura eadem esse, et in eodem reperi vi deinceps, nisi quis vito linguae laboret: aptius forsitan atque concinnius fuisset, de perspicuitate scribendi modo verba facere, atque ostendere modo, qui ratione efficere possit, ut verba et res intelligantur sano multo labore, tum enim et ipse intelligeris, nisi balbutias, vel alio linguae vino laboras. Perspicuitatis vero cura in primis commenda est illis, qui diffisi et indocti scribunt, aut dicunt, quo in numero sunt qui fabules ad corrigendos hominum animos insenserunt scribunt, qui capita doctrinae morum populari modo tractant, qui vita hominum tum doctorum tum indoctorum persimilunt, qui orationes sacras edunt, qui denique capita disciplines et artis alienius explicare student. At illi omnes, et nobis qui rem videtur, alia potius quam latina lingua uti solent, quae omissibea fere indoctis ignota atque obscura esse solent.

solet. Quid igitur opus erat, Rabenerum, Vnserum, et Tif-
fotum, in praecepsis latine scribendi laudare, qui perspicuitas
quidem laudem tulerunt, sed non soli, sed non silo
bene latino vni sunt. Fontes perspicuitatis sunt cum remo-
tiores, tum propiores: inter illos referuntur *ingenium bo-*
num, seu phantasia iuncta praeclaro exquisitoque iudicio,
doctrina solida et subtilis, *modestia*, *cognitio hominum*, *accu-*
rata cognitio linguae, atque *prudentia*, de quibus singulis ita
dixerit, vt breuitati magis consultum nobis quidein vide-
retur, si omissis iis, quae vel cuius sunt aperta atque cognita,
vel non sunt perspicuitatis proprii fontes, modo doce-
retrur, ad perspicuitatem scribendi necessario requiri cognitio-
nem accuratam, tum rerum de quibus scribitur, tum lin-
guae, qua scribitur. Ingenium enim bonum, doctrina so-
lida, vt dicitur, in omnibus disciplinis plurimum valet,
modestia vero atque prudentia non doctis modo, sed et in-
doctis, vtilis atque conueniens esse videtur. Quodsi vero
cognitio hominum ea, ex qua scimus quid homines vulgo
intellegant, et intelligere possint quid non, ad perspicue
scribendum requiritur: pauci profecto esse videntur, qui-
bus in iuuenili aetate, cui haec pracepta perspicue scriben-
di potissimum dantur, aditus ad intelligendam cognoscen-
damque vim mentis humanae patet. Sed ad fontes perspicui-
tatis propiores veniamus, quorum primus est *delectus voca-*
bolorum singulorum, quae debent esse *vera*, vel *vere* apud
priscos Latinos occurrentia; *nota*, i. e. in aetate aurea accur-
rentia; *significationis notae*; denique *apta et non ambigua*. In
his vberius explicandis Clar. autor ita versatur, vt multa co-
gnitu vtilia, quaeque obseruentur digna, afferat; quamuis in
nonnullis videatur nimis subtilis atque accuratus esse: v. c.
naufragium pati notare Schiffsbruch sich gefallen lassen, ac
rectius dici accipere naufragium *calamitatem* non pro omni
malo, *fortunam aduersam* non pro casu quo quis infelici, usurpa-

INNOVACIA ET NUDITORUM

ni posse, voces *legio*, *cohors*, non recte dici posse de multitudine militum, quam nos vocamus *Regiment*, *Bataillon*, nec *togam*, *tunicam*, de nostro vestitu *Roch*, *Weste*. An etiam, addit, *Regimentum*, *Batalio etc. dicamus*, nil ausim definire. Quamvis vero haec voces Romanae non accurate respondent nostris germanicis; consultius tamen nobis videatur, his potius vocabulis latinis, quam alis fictis atque barbaris vti. Alter fons propior perspicuitatis est *recta vocabulorum coniunctio*, quae iubet ut Substantiis addantur Verba et Adiectiva conuenientia, et sufficiencia adiectiva adiiciantur substantiis, aliaque ratione casus, numeri, generis substantiorum, temporis ac modi verborum, periodorum, ellipsis, obseruentur, quae singula commemorare non est huius locum, nec nostro consilio conuenit, quia breuitatis studiori esse iubemur, quac etiam effecit, ut ea quae de perspicuitate in explicandis rebus, de adiectione causarum cum thesi generali, tum aliis enunciationibus, et diserte, et teste, de adiectione exemplorum, testimoniorum, conditionis, de periphrasi, de pictura rei addenda, copiose atque diligenter differuit Vir Cl. omitteremus. Fessinimus enim ad alia, etiam quae Capite altero de grauitate dicendi praeceperit paucis ostensuri.

Etiam adiectionis latius sensus definitus, ut in *Verbalis* *Linguistis* ea, quae officit, ut non modo mens intelligatur, sed etiam tam persuasio videtur, item effervescit et certam, sed etiam unius eius fidem mouetur. Ex hac definitione et Ohr. Schenckero propodata, nobis videtur satis intelligi posse, priorem grauitatem orationis esse propriam, nec in ferrando, opificiis, libellisque doctrinae aliquam partem explicantibus, docetur habere, dum postillorum eo consilio adhiberi, operariem ad aliquod agendum vel omnitudinem, imitandam sub fugiendum, tractet, nec tam mentem, quam potius esse.

num spectare. Hanc in dicendo virtutem nemo assequi poterit, nisi qui sit *animo generoso*, atque *ingenio praeclaro* praeditus, *doctrina lata et solida*, *cognitione animorum*, atque *opinionum*, *linguae denique lata et accurata instrutus*: quibus explicatis, docetur, qua ratione, quibus argumentis, magnitudo alicuius rei demonstretur, quod circumscriptio, partitio, testimonium graue sententia acuta et grauis, usus figuratum, ad grauitatem plurimum conferat, in quibus singulis fusius explicandis Vir doctissimus accurate atque eleganter versatur. Ad hanc grauitatem dicendi pertinet quoque collocatio verborum, periodorum clausula, concinnitas membrorum, delectus literarum ac syllabarum, ut et vocis grauitas; sed de his omnibus certae atque definitae regulae atque praecepta vix dari possunt, cum in collocatione verborum spectandus sit contextus, periodi clausula vocabulo longiori si saepius adhibeat, fastidium excitet, atque vim sensum perdat, aequalitas membrorum saepius et a Cicerone negligatur, delectus literarum ac syllabarum speciem habeat affectationis nimiae atque anxietatis in scribendo. At proferamus ad Caput tertium, quo Clar. Vir agit de suauitate dicendi, ita ut primo eius naturam describat, dein fontes suauitatis cum remotiores, tum propiores, aperiat: *Suauitas orationis* dicitur ea esse *virtus orationis*, *quae efficit*, ut placeamus lectoribus vel auditoribus, atque ita libenter ab iis legamus et audiamus. Cum vero maxime discrepant sensus atque iudicia hominum, ita ut una eademque oratio vni placet, alteri displiceat: obscuritate forsan quadam laborat ista definitio, quae tollitur vel addendo caulas, quibus efficitur ut placeamus, scilicet gratis ideis, perspicuis atque elegantibus verbis; vel definiendo certum genus lectorum atque auditorum, ita ut iubeantur esse periti. Hanc suauitatem dicendi ex sententia Viri Doct. nemo consequitur, nisi est ingenio praeclaro atque hilari, ut in variis formis se ven-

tere, ad auditores et lectores se accommodare, et multa quoque praeclara comminisci possit, et totum hoc libenter faciat, (posteriori esse videtur superfluum, cum neminem doctorum fore putemus, qui non libenter omnem det operam, ut attentionem sibi conciliet,) nisi sit praeditus doctrina lata et subtili, ut multa sciat, quibus variet orationeim, sententiis priscis saepe alium, eumque suauorem vestitum donet, nisi tandem cognoverit animos hominum, ut sciat, quid iis placeat, quid non. Suauitas dicendi tum proprius adiuuatur variis modis, scilicet cum perspicuitate atque grauitate dicendi coniuncta iusta breuitate vel copia, modeste de nobis dicendo, humanitate erga alios declaranda, vitandis vocabulis plebeiis, obscoenis, nouitate elocutionis, variatione, genere scribendi non affectato, aequali, vegeto, ioco-so et acuto, varia repetitione vocabulorum, antitheticis, periodo ac numero; de quibus singulis Clariss. autor ita differit, ut nemo sit qui vel de obscuritate ambigua, vel de breuitate concisa, conqueri posse videatur. Dum nouitatem elocutionis ad conciliandam orationi suavitatem maximam vim habere dicitur, quia omne nouum placeat: haue nouitatem quidem a generoso animo, ab accurata cognitione linguae duci, atque in primis in proverbiis, in similitudinibus, in exemplis, in tropis, in verbis locum habere ostenditur; sed ex quibus vera ratio ac natura istius nouitatis appareat, exempla desiderantur. Gratia quoque ac venustas parit orationi vegeto scribendi et dicendi genere, h. e. tali, quod lectorum et auditorum attentionem excitat; quibus verbis posterioribus non explicatur quid sit vegetum scribendi genus, sed quam vim habeat, cum tamen lectores scire cupiant, qua in re cernatur ipsa vegeti scribendi generis ratio, cui inest vita quasi, ac vigor, atque ex hilari, ac contento animo proficiuntur, atque lectores vel auditores e somnolentia excitat, quod sane fieri solet epithetis, descriptionibus, acute-

atris, metaphoris, quae tamen singula efficiunt, ut prosaica oratio proprius accedat ad poeticum scribendi genus, saltem ex frequenti poetarum lectione ducitur. *Acute diffīctū*, quae ad vegetum dicendi genus requiriuntur, non sunt ea quae non statim a quolibet intelliguntur, ista enim sunt obscura, sed aliquid reconditi, atque ita non a quoquis expectati continent, vel quae sententiam non vbius obuiam, alacritatis atque sagacitatis indicem exprimunt. Breuitati imagis consulvisset Vir Clar. si non eandem negando atque affirmando simul expressisset; ea vero, quae de vi vocum acutus atque obtusus differuit, mallingen profecto lectores alio loco legere, cum tria et fatis nota sint: offenduntur enim facile lectores, si scriptorena semper docentis personam agere, atque omnia ad vnguem refecare, nec facillima quaeque praeterire intelliguntur. Vitandum quoque, ne suauitas pereat vel minuatur, esse monetur, inanem vocabuli eiusdem repetitionem, praesertim crebram, atque exempla a Cl. Sch. proferuntur, ex quibus priscos iuris haec negligentes fuisse pateat; ea vero loca, quae ab Ernestio nostro in classem gratae negligentiae referuntur, ita comparata esse ostenditur, ut commode defendi posse videantur. Inter inanes repetitiones a Clar. Virtuoso refertur Cic. Orat. 13. *Me autem, qui Iſocratem diligunt, via cum Socrate et cum Platone errare patiantur: at repetitio-vocabulae cum non est inanis, sed lectores ad utrosque et Socratem et Platонem attentos reddit.* Ad Div. VI. Ep. 1. quatuor priores periodi per eti incipiunt, atque doct. Schellerus addit, *Ciceronem uitium negligentiae commisso nemo sanus negat: poterat enim, scilicet nostro indicio, quanquam, licet quoque dieere.* At Cicero seipsum defendere nequit, ex quiuis cultorum eius ab eo defendendo deterretur, timens, ne crimen insaniae incurrat. Sed forsitan Ciceroni, aliisque priscis, multa haud visa sunt venustati obesse, atque

tere, ad auditores et lectores se accommodare, et multa quoque praeclara comminisci possit, et totum hoc libenter faciat, (posteriori esse videtur superfluum, cum neminem doctorum fore putemus, qui non libenter omnem det operam, ut attentionem sibi conciliet,) nisi sit praeditus doctrina lata et subtili, ut multa sciat, quibus variet orationem, sententiis priscis saepe alium, eumque suauorem vestitum donet, nisi tandem cognoverit animos hominum, ut sciat, quid iis placeat, quid non. Suavitatem dicendi tum proprius adiuuatur variis modis, scilicet cum perspicuitate atque grauitate dicendi coniuncta iusta breuitate vel copia, modeste de nobis dicendo, humanitate erga alios declaranda, vitandis vocabulis plebeis, obscoenis, nouitate elocutionis, variatione, genere scribendi non affectato, aequali, vegeto, ioco-so et acuto, varia repetitione vocabulorum, antitheticis, periodo ac numero; de quibus singulis Clariss. autor ita differit, ut nemo sit qui vel de obscuritate ambigua, vel de breuitate concisa, conqueri posse videatur. Dum nouitatem elocutionis ad conciliandam orationi suavitatem maximam vim habere dicitur, quia omne nouum placeat. Hanc nouitatem quidem a generoso animo, ab accurata cognitione linguae duci, atque in primis in proverbiis, in similitudinibus, in exemplis, in tropis, in verbis locutum habere ostenditur, sed ex quibus vera ratiō ac natura istius nouitatis appareat, exempla desiderantur. Gratia quoque ac venustas parit orationi vegeto scribendi et dicendi genere, h. e. tali, quod lectorum et auditorum attentionem excitat, quibus verbis posterioribus non explicatur quid sit vegetum scribendi genus, sed quam vim habeat, cum tamen lectores seire cupiant, qua in re cernatur ipsa vegeti scribendi generis ratiō, cui inest vita quasi, ac vigor, atque ex hilari, ac contento animo proficiuntur, atque lectores vel auditores e somnolentia excitat, quod sane fieri solet epithetis, descriptionibus, acute-

inceptionis, quae ~~tempore~~ singulis efficiuntur, expressio
oratio proprius accedit ad poeticum scribendi genus, sicutem
ex frequenti poetarum lectione ducitur. *Acute dulciæ*, quae
ad vegetum dieendi genus requiruntur, non sunt ea quae
non statim a quolibet intelliguntur, ista enim sunt obscura,
sed aliquid reconditi, atque ita non a quoquis expectati con-
tinent, vel quae sententiam non ybius obuiam, alacritatis at-
que sagacitatis indicem exprimunt. Breuitati magis consuluis-
set Vir Clar. si non eandem negando atque affirmando simul
expressisset; ea vero, quae de vi vocum *acutis* atque *obtusis*
differuit, mallingen profecto lectores alio loco legere, cum tri-
ta et satis nota sint offenduntur enim facile lectores, si scri-
ptorens semper docentis personam agere, atque omnia ad
vnguem refecare, nec facillima quaeque praeterire intelli-
guntur. Vitandum quoque, ne suauitas pereat vel minuatur,
esse monetur, inanem vocabuli eiusdem repetitionem, prae-
fertim crebram, atque exempla a Cl. Sch. proferuntur, ex
quibus priscos iur. haec negligentes fuisse pateat; ea vero
loca, quae ab Ernestio nostro in classem gratae negligentiae
referuntur, ita comparata esse ostenditur, ut commode de-
fendi posse videantur. Inter inanes repetitiones a Clar. Vi-
to refertur Cic. Orat. 13. *Me autem, qui Isocratem dilig-
gunt, via cum Socrate et cum Platone errare patientur:* at re-
petitio-vocabulae *cum* non est inanis, sed lectores ad utrosque et
Socratem et Platonem attentos reddit. Ad Div. VI. Ep. 1.
quatuor priores periodi per et se incipiunt, atque doct. Se hel-
lerus addit, *Ciceronem vitium negligentiae commisso nemo sa-
nus neget: poterat enim, scilicet nostro indicio, quanquam,*
licet quoque dicere. At Cicero seipsum defendere nequit,
et qui quis cultorum eius ab eo defendendo deterretur, ti-
mens, ne crimen insaniae incurrat. Sed forsitan Ciceroni,
aliisque priscis, multa haud visa sunt venustati obesse, atque

grammatis vel ero, quae ad ipsius causibus minus suorum cogitare possunt, videantur.

Appendicula quippe facienda est, quanto in quibus de salutibus filiorum dei, do elaborationibus, de divisione earum genitrum dicendi, agitur. Inter subsidia, recepitur *leges priscorum*, quae debet esse affida, exponere, cum iudeochani bus publicis, tunc domi; dein exercitatio in latine scribendo, dicendio, cogitando. In prima vero exercitatio in latine cogitando et meditando, quippe omnium utilissima, iure commendatur; cuius ea ratio est, ut prius soli cogitentur, quonodo hoc soli illud latine exprimi possit, dein libato latinum legentes statim aliquid ad eius similitudinem effingamus. Monetur tandem sub finem appendicis duplex quaestio, quacum prima haec est: *qualis debet esse imitatio?* talis scilicet, quae pertinet ad totum habitum filii, praescrivens, quae non minus appareat. Altera quaestio cernitur in eoque sit uniusopus? responderet Clar. Schellerus, scriptores rei seculi, in primis Cicero, quia fuit ingeniosissimus, ac eloquentissimus. Quod si quis idem ex nobis quaereret, non dubitaremus dicere, neminem in primis imitandum esse, sed quæreret ea ratione scribendi, ut debere, quae sit ingenio, studiisque suis, argumento denique sui de qua scribitur convenientissima atque aptissima. In Appendice altera elaborationibus, in specie vel de scribendis optionibus, epistolis ad homines dicos, libris et dissertationibus de rebus ad doctrinam patrum, regitur, et quidem ita, ut Vir debet ne quidem oblitus sit monere, Archidiagonis in maioribus oppidis scribendum esse *Vix maxima venerabilis et dignissima in minoribus oppidis Vix plurimum reverenda et dignissima, atque titulum exterrit nos verbis latinis, sed Francice esse ponendum.* Contingit ergo sub finem vniuersitati generis dicendi, demonstratum, deliberatum, et iudiciale

iale, deīn tenuē, mediocre, et sublīne, tandem Asiaticum, Rhodium, et Atticum; quas diuisiones modo tenendas esse recte monetur, quod earum apud veteres fiat mentio, non quod magnae nostro tempore sint utilitatis magnique valoris. Quamuis libri, praecepta aliquius scientiae atque artis tradentis, praecipua virtus sit breuitas, ne peritis atque doctis hominibus fastidium excitetur, multa, quamuis vera, tamen centies iam ab aliis dicta, et sua sponte sola ope sanac mentis rectique iudicij intelligenda legendō, tirones vero nimia praeceptorum copia, atque diffusa exceptionum atque exemplorum narratione obruantur, haud tamen negandum est, Clār. Schellerum in hoc libro praeceptorum sibi bene latini multa exposuisse, quae non vulgaris doctrinae, ingenii solertis, atque accuratae literarum latinarum notitiae indicia atque argumenta praebeant, quaeque et magistris scholarum grata, et adultioribus discipulis vtilia esse queant.

Præceptorum Pugnatio. Sloganismus. Prologue.

**INDICES PER TITONICAE, CVM NOTIS
et critici, in Germanicam linguam versas, a FR.**

EDAKE, Hymnus Berolinensis Fridericis.

Prorefore.

Nerolini apud Georg. Iac. Decker 1779, p. 15. in 8.

Nomen Gedickni iam superioribus curis, de interpretacione Rindet hymnis, annotat, qui te cum agosceps.

zum talam, qui hanc Poemam longo tempore familiarem habebat, et
sufficeret, ut eiusque linguae Latine idonea cognitione praeditus
set, et in vertendo non minus quam explicando felicitatem
cum dexteritate coniungeret. Quapropter non dubitamus,
quoniam societas litteratorum, harum odarum causa non ma-
gnas tantum ei sit gratias habitura, sed vota quoque sit fa-
cienda, ut ei placeat, mox etiam Nemeonicas et Isthmionicas
illustrare. Nunc autem quaedam de libro nuper edito di-
cenda sunt. Pindarum qui studet non aemulari tantum,
sed et interpretari, cum summa ope aucti decet, ne sublimita-
tem eius eximiam et admirandam, contemnenda humilita-
te verborum et sententiarum, deprimat, sed ad parem cum
eo alitudinem efferatur. Hoc arbitramur non solum pro-
positum fuisse V. D. sed etiam contigisse. Nam vernacula
interpretatio, quantum comparando intelligere licuit elegans
visu nobis est et apta, et documento esse diligentiae, ab
Cl. Auctore in ea concinnanda exhibitae. Notae cum exe-
geticae sunt siue explanatiuae, tum criticae. Ad illas qui
respexerit, ope temporum rationis, Geographiae, Antiqui-
tatum passum illustrari Poete verba deprehendat, nosnulla-
que vague dicta, arduas finia et descripta reperiatur. Huic
generis illa est, quae p. VI. occurrit annotatio, vbi in textis
est: „durch dich leute der herrschende Füngling vom Vater
zum Herrscher gesetzt, leute der Stadt zu ihrem größten Glück
he das Volk, — vbi bene obseruat: der Füngling ist Dimi-
nus, der Greis Heron. In der neuen Colonie schreiten fröhlich
Zwiflighäuser aufstanden zu seyn, die von so ehrwürdig sein
ren, da nur die Hälfte eigentlich aus dem Peloponnes war, die
die andre Hälfte hingegen aus Syracusen bestand, die vielfach
der Vorzug verlangtes, oder die Peloponneser nicht
bey ihren alten Gesetzen lassen wollten.“ De criticis anno-
notacionibus quadam ist orationem memorabimus, ut nostram si-
mul indicem interpolamus, remota tapeta anni merito-
rum

rum de Pindaro V. d. obrectatione. Ad primam statim Odam v. 1—8. obseruat: *Nach der gewöhnlichen Auslegung heißt hier die Harfe das mitröhrende, oder gar noch matter, das gebührnde (conueniens) Instrument des Apoll und der Musen.* Allein die Harfe kann nicht beyden zugleich gehören, sie gehoert bloß dem Apoll. Herr Voss hat meines Bedünkens zuerst diese Stelle in ihrem vollen poetischen Sinne erklärt, und ich bin ihm in der Hauptsache gefolgt. Er lässt den Genitiv *Mousar* nicht gerade zu von *κτενον* regieren, sondern mehr von dem beygefügten Adiectiv *αὐδίκος*, und übersetzt es daher: *die der Musen Lenkerinn ihm.* Indeß ist, wie mich dünkt, auch das *αὐ* nicht ohne Bedeutung, sondern es bezieht sich darauf: daß Apoll, und mit ihm seine Harfe, den Chor der Musen regiert, daher ich es übersetze: *du der Musen mitrichtende und mitgebietende Lenkerinn.* Diese Bedeutung des Worts *αὐδίκος* ist nicht nur der Etymologie, sondern auch dem sonstigen Sprachgebrauche gemäss, da es einen Sachverwalter, der immer gewissermassen Mitrichter ist bedeutet. Sententia horum verborum haec est: *αὐδίκος* magis ad *Mousar* referendum esse quam ad *κτενον*, adeoque vertendum esse *instrumentum praefidiarium et imperatorium Musarum*; non autem, vt cum Scholia et Schmidius, *conueniens, aptum.* Sermo est de cithara Apollinis; hanc esse solius eius, non reliquarum. Isla quidem subtiliter, sed minus vere disputari videntur. Non citharae conuenit, quae sita in composito ex Prae-positione *αὐ* vis, et, quod consuetudin linguae familiare est, pro simplici compositum usurpatur, et ad citharam refertur commodius. Interpretatio, quasi cum Apolline eius cithara sit chlori Musarum temperatrix et coimmodatrrix; aliquam duritatem et improprietatem habere vide ur. Quemadmodum enim praecomen; qui principis iussa prodit et diuulgat, non propterea in societatem imperii recipiuntur; ita neque cithara socia praesidii Apollini in Musas nominari potest, quam nonnulli instrumenti sit loco. An etiam caissarum

meum librum, qui hanc Poemam, longo tempore familiarem habebat, et
cisset, utriusque linguae Latine idonea cognitione praeditus es-
set, et in vertendo non minus quam explicando felicitatem
cum dexteritate coniungeret. Quapropter non dubitamus,
quin societas litteratorum, harum odarum causa non ma-
gnas tantum ei sit gratias habitura, sed vota quoque sit fa-
ctura, ut ei placeat, mox etiam Nemeonicas et Isthmionicas
illustrire. Nunc autem quaedam de libro nuper edito di-
cenda sunt. Pindarum qui studet non aemulari tantum,
sed et interpretari, cum summa ope aiti decet, ne sublimita-
tem eius eximiam et admirandam, contemnenda humili-
te verborum et sententiarum, deprimit, sed ad parem cum
eo altitudinem efferatur. Hoc arbitramur non solum pro-
positum fuisse V. D. sed etiam contigisse. Nam vernacula
interpretatio, quantum comparando intelligere licuit elegans
visa nobis est et apta, et documento esse diligentiae, ab
Cl. Auctore in ea concinnanda adhibitae. Notae cum exe-
geticae sunt siue explanatiuae, tum criticae. Ad illas qui
respexerit, ope temporum rationis, Geographiae, Antiqui-
tatum passum illustrari Poetae verba deprehendat, nonnulla-
que vase dicta, arctius finis et descripta reperiat. Huic
generis illa est, quae p. VI. occurrit annotatio, vbi in texis
est: „durch dich lehrt der herrschende Jüngling vom Vater
zum Herrscher gesetzt, lehrt der Großvater den jungen Hei-
he das Volk, — vbi bene obseruat: der Jüngling ist Diino-
mene, der Greis Hieron. In der neuen Colonne stehen beide
Zwölfsgötter aufstanden zu stye, die um so ehrwürdig wa-
ren, da nur die Hälfte eigentlich aus dem Peloponnes war, die
die andre Hälfte hingegen aus Sprachern bestand, die viel-
leicht den Vorzug verlangten, oder die Peloponnesier nicht
bey ihren alten Gesetzen lassen wollten.“ De criticis anno-
notacionibus quadam ista ocamemorabitur, ut nostrum si-
mul indicem interponamus, remota tapetem genii metropo-
rum

rum de Pindaro V. d. obrectatione. Ad primam statim Odam v. 1—8. obseruat: *Nach der gewöhnlichen Auslegung heißt hier die Harfe das mittonende, oder gar noch matter, das gebührende (conueniens) Instrument des Apoll und der Musen.* Allein die Harfe kann nicht beyden zugleich gehören, sie gehoert bloß dem Apoll. Herr Voss hat meines Bedenkens zuerst diese Stelle in ihrem vollen poetischen Sinne erklärt, und ich bin ihm in der Hauptsache gefolgt. Er lässt den Genitiv *Mousar* nicht gerade zu von *xtearov* regieren, sondern mehr von dem beygefügten Adjektiv *cordikos*, und übersetzt es daher: *die der Musen Lenkerinn ihm.* Indes ist, wie mich dünkt, auch das *ovv* nicht ohne Bedeutung, sondern es bezieht sich darauf, dass Apoll, und mit ihm seine Harfe, den Chor der Musen regiert, daher ich es übersetze: *du der Musen mitrichtende und mitgebietende Lenkerinn.* Diese Bedeutung des Worts *cordikos* ist nicht nur der Etymologie, sondern auch dem sonstigen Sprachgebrauche gemäss, da es einen Sachverwalter, der immer gewissermassen Mitrichter ist bedient. Sententia horum verborum haec est: *cordikos* magis ad *Mousar* referendum esse quam ad *xtearov*, adeoque vertendum esse *instrumentum praefidiarium et imperatorium* Musarum; non autem, vt cum Scholaste et Schmidtus, *conueniens*, *optimum*. Sermo est de cithara Apollinis; hanc esse solius eius, non reliqua, sum. Ista quidem subtiliter, sed minus vero disputari videntur. Non citharae conuenit, quae sita in compagno ex Brac positione *ovv* vis, et, quod confuetudin linguae familiare est, pro simplici compagno usurpat, et ad citharam refertur commodius. Interpretatio, quasi cum Apolline eius cithara sit chori Musarum temperatrix et comitnodatrix; aliquam duritatem et impro prietatem habere vide ur. Quemadmodum enim praecognitum; qui principis iussa prodit et divulget, non propterea in societatem ita perii recipi posse; ita neque cithara socia praesidii Apollini in Musas nominari potest, quam nonnulli instrumenti sit loco. An etiam caessaram

patronus simul iudicet, dubitamus. Nec enim lege competit, nec moribus permittitur. Plinii locus est Ep, 3, 9. vbi interrogatus, *iudicas ergo? ego vero,* respondet, *non iudico, memini tamen me aduocatum ex iudicibus datum;* nimirum quatenus utramque personam gerat, sibi licere iudicare ait. Sed hoc est singulare, non perpetuum. Quidni autem *σύρρημα πτήσις,* vērtatur, *legitima, consueta stipplex?* Nempe, antiqua ne videretur probare V. d. et suo parum iudicio vti, ad nouitatem sectandam, etiam vbi non opus erat, delatus est. In Critica obseruatione ad tertiam Odam p. 114. sq. verba v. 46. *εἰς ἀλαθεῖον εὐεργέτην* ad corrum potius quam ad Apollinem refert. Concedit, Pindarum Ol. 6, 101. nominare Apollinem *εὐεργέτην Δαλεὸν;* sed eum simpliciter, sine addita quadam determinatione, sic appellari, se concessurum esse negat, quia id vix illo exemplo quisquam sit probaturus. Verum tamen, etiamsi hoc fieri non possit, vnuſſalenteſſi hie locus valuerit et sufficerit ad vſum huius vocis, inter Apollinis cognomina, agnoscendum. Quapropter nomen *εὐεργέτης,* etiamsi *vigilis* aut *speculatoris* vocabulo exprimatur, tamen non ad corrum referendum fuerit; quae explicatio nimis contorta videtur. — Insunt etiam coniecturae nonnullae, quarum aliae probabilitatis, aliae vēritatis etiam laude non caeleant. Etenim voculae *βη* in compositis significationem, vt *ingens, grande, magnum* denotet, ad Od. cit. v. 162. p. 122. icribit sibi videri, reliquam mansisse ex antiqua radi et impolita hominum e plebe lingua, omninoque aeuo Graecorum agresti et aspero. Scimus et in vernacula lingua formari voces ex illo verbo coimpositas. Earum vſum consuetudini plebis relinquī; ab sermone elegantium et politiorum remoueri. Graecos autem Scriptores, cum optimae aetatis, tum exactissimae diligentiae, ab iis non abstinuisse, ideo, quod veteres populi iuuenci, bouis, et tauri nominibus, attributa virium, roboris, patientiae, aliarumque virtutum potius, quam stuporis et tarditatis, vt fit a recen-

tio-

tioribus, adiunxerint. *Mastrige περὶ Od. 4, v. 390.* admonitus, de flagello, numinibus quibusdam a poetis tributo, quaedam profert. At Mineruae, pro flagello, quo instruitur a Stratio Silu. V, 4. flabellum praebet, nam verba, *μόστρας Tritonia questus Praeterit et gelido spargit mistra flagello,* sic emendat, ut *spargit in spirat, flagello in flabello* mutandum putet. Eadem Oda v. 474. π. λογίον sensum ait efficere admodum frigidum et detortum; itaque legendum esse *προς λαγύον.* Od. X, v. 82. verba, *αὐτὸς — τοι πένθεται Σύρη λέγεται,* permutatis casibus, perbene sic restituuntur, *αὐτὸν — τοι μ. θ. λόγος,* vt apis, sic laudum flores maxum carmen sectatur. Quae quidem emendatio mira simplicitate imprimitur commendatur. Nonnunquam etiam Scholia stenemendat, in quo multa superesse intelligit, quae Critici auxilio egeant. Caeterum optamus, vt V. C. quam cum magna sua laude et ingenti spe nostra ingressus est viam, eam ultra persequi, et documenta sollertiae suae im- posterum plura prodere velit.

INDEX LINNAEANVS IN LEONARDI PLVKE.

NETIT M. D. Opera botanica, olim in priuatos usus conscriptus, nunc vero in aliorum etiam commodum editus. Ad-

cessere variae in vitam et opera Plukenetii obseruationes partim, ex ijsius MSto, Autore **PAVLO DIETERICO**

GISEKE M. D. *Phyf. et Poet. Prof. in Gymnaſio Hamburgensi,* Index Linneanus in **IOANNIS IACOBI**

DILLENI Historiam Muscorum, ob finilem usum, additus est auctore, eodem. — In tenui labor!

Hamburgi, apud Auctorem, et Carolo Ernesto Bohn commis-
sum. Typis Caroli Wilhelmi Meyn, 1779. pagg. 3a.
in 4. maj.

Maxime sane meruit de omni re botanica immorta-
lis LINNEVS, qui vaga et incerta plantarum nomina se-
condum praecepta, plantarum naturae et regulis philosophicis
conuenientia, rediget ita, ut cuique plantae nomen conueni-
ens tribueret, atque plantas unius generis uno eodemque
monine genetrico appellaret, specificumque nomen submitte-
ret. Etsi itaque LINNEVS fuis plerumque veterum botani-
corum nomina adiunxit, id tamen non ubique fieri poterat;
tum quod plantae saepe obscurius definitae essent, tum
quod, cum sistema ederet speciesque plantarum describeret,
pinacem Synonymorum scribere nollet. Legatis
igitur Botanicorum ante LINNEI tempora editis libris, non
potest non etiamnum magna difficultas oboriri, cum non
protinus ex iis intelligatur, quamnam plantam describant.
Eiusmodi generis etiam sunt PLUKENETI opera botanica,
quae ceterum maximi usus sunt ad cognoscendas plures ra-
riores plantas. Quae cum ita sint, patet, librum, in quo a
Plukenetio descriptae plantae cum Linneanis nominibus
comparantur, magnae utilitatis fore. Est autem talis, et in
eum finem scriptus, de quo iam ad Lectores referimus, li-
ber, atque magno omnino a botanicis referendas sunt gra-
tiae Clarissimo GISEKE, qui hunc tediosum difficilemque
laborem in se suscepit, ac Plukenetii et Dillenii opera sic
lectu faciliora utilioraque reddiderit. Nostrum nunc est, ut
quemadmodum hac in re versatus sit Cl. Auctor proposa-
mus.

Praeposuit iudici Cl. Auctor ea, quae de PLUKENE-
TI vita resipere potuit, atque recte, ut videtur, Anglos
reprehendit, quod negligentes et fccordes sunt in Eruditio-
rum

rum suorum vitis posteritati tradendis. Placet quaedam ex vita V. Cel. hic depromere:

LEONHARDVS PLVKENET natus a. 1642. Medicinae
se diceauit, sed illustrior est Botanica, quam Therapia. E
Gallia oriundum fuisse suspicatur Cl. Auctor, tam ex nomi-
nis gentilium varia scriptione, tum vero ex eiusdem interpre-
tatione, dum *Ericam* a se dictam appelleat: Ericam flore
plus quam eleganti, s. plus q[uod]s natae. Filium genuit *Richar-*
dum. Hortum coluit Londini ipse, aditusque ei patuit ad
hortum Hamptonensem, tunc satis celebrem, Reynards-
ni, aliosque. Plurimum valuit Horto sicco, quem 3000
plantas comprehendere scripsit, quarum catalogus s. *Ono-*
masticon Admagesium est, quod Cl. SEGVIER in bibliotheca
botanica nou attendisse videtur. Varias harum ipse legit
indigenas, alias a Botanicis, tempore aequalibus, RATIO ami-
cias et in synopsi adiutoribus, accepit. Sed maximam par-
tem ex India orientali siccis obtinuit opera CAR. DV BOIS,
Mercatoris, et ALEX. BROWN, Medici, a IAC. CUNNING-
HAM, Chirurgo, a GVIL. SHERARDO et IAC. PETIVERO, ac
IO. RATIO, qui in ordinando T. II. historiae plantarum opera
tulit. Fuit autem ingenio summo in definiendis, quantum
tunc licebat, plantis, ipsumque prope ad LINNEVM accessi-
se felicitate nominum, si principium fructificationis tunc
ita, vt hodie, nostrum fuisset, afferere nullus dubitat Cl. Au-
ctor: ita utique in iis conueniunt, quae de nominibus for-
mandis habent, aut potius ita LINNEVS haud paucâ cum
PLVKENETIO ex Philosophia defusmis, eorum, quae in Crí-
tica botanica profert. Sed haec de definitione specierum di-
cta sumto: genera enim, vt tunc mos fuit, ab externa qua-
cunque similitudine dicere plerumque soliti erant, v. c.
Alni facie, Mali persicae similis, etc. et si vere eiusdem ge-
neris plantae fuere, differentia specifica nonnumquam ad-
modum bona fuit. Interdum tamen egregie fructificatio-

nem ad condenda genera adhibendam esse perspexit: v. c. Mantiſſ. p. 113. Hinc et in fine eius addit, se plures plantas omisſile, quas nondum exactius obſeruare et delineare li-
cuerit. Praeterea idem ipſi cum LINNEO fatum fuīt, vt
contradictores haberet; quare multum conqueſtus eſt paſſim
de inuidia, maleuolis, et defectu praeimiorum laboribus suis
debitorum. Neque tamen ceſſauit, ſed ad id, quod ſibi ele-
gerat, ſymbolum: *aliis inferuendo conſumor*, egit. Ita enim
arſt in conquirendis ſculpendisque plantis, vt nullus alius; nec
ſatiari potuit ſciendi cupidine, quamvis non leues, ſed in-
gentes ſuntus fuerint erogandi, quos e ſuis ipſe ſuſtinuit
opibus, quemadmodum in Praefat. Mant. 1100 teſtatur.

Periculum quidem obtinendi Euergetae feciſſe vide-
tur, dum Phytographiae ſuae partem primam HENRICO
COMPTON Epifcopo Londoniensi, Partem II. WILHELMO a
BENTINK, Comiti Portlandiae, qui Regi CIVIELMO III.
proximus erat et intimus; tertiam denique ipſi Regi dedi-
cauit. Sed partem quartam nemini inſcripſit; ſpe itaque
tum excidiſſe Noſtrum, docet illud titulo ſubiectum: *cui nil
niſi praemia deſunt*. In fine operis tamen obtinuit adiutores,
vti in *Amalthei Praefatione* proſitetur.

Quo uſque vixerit non reperitur; ſed non diu poſtan-
num 1705. ſuperſlitem fuſſe inde patet quod, Tomus operis,
eo anno editus, omnino manuſcriptis notis careat, quibus
priores abundant, imprintis in *explicatione abbreviatorum no-*
mimum, quae in ſpecimine cl. GISEKE iis duplo fere au-
ctior eſt, atque eadem, quanta Plukenetii auctorum notitia,
vt textus, quantum in eorum lectione verſatus fuerit, oſten-
dunt.

His praemissis Cl. Auctor archetypum titulorum cum
repetitione contulit, cum poſſideat illud Specimen operum
Plu-

Plukenetianorum, quo Auctor usus est ad corrigenda nomina, et allinendas obseruationes, post editum opus nascentes.

De figuris PLVKENETII cum sint varia iudicia, eas, cum rariorū plantarū icones sistant, et si non optimas, tamen necessarias iudicat. In confiendo hoc Indice inspi-ciendae erant plurimae, et plus semel figurae, eaeque cum nominibus PLVKENETII conserendae atque extricandae. Hunc laborem, quum vnu non careat, et LINNEO ipsi placi-derit, ab hoc ipso correctum, hic proponit. Iconibus paucis Auctor nomina LINNEANA adiecit: plura non addi-dit, quod LINNEANVM indicem dare voluit, et, ut LINNE-*v*s, non mala*figuras extricare, sed bonas allegare*: nouerat etiam cum expertis, quam difficile sit, plantarū figurās non e conjectura, nec cum perpetuis dubitationib⁹, deter-minare.

Indicem excipiunt notulae, minutiorib⁹ literis passim indicatae in textu: dein catalogus figurarum bis in PLVKE-NETIO occurrentium, alterutra plerumque meliore. Hunc sequuntur citationes falsae duplices. Porro paucae eae, ad quas figurae à LINNEO citantur, sed quae vel omnino non existant in editione, vel sphalmate allegantur, nec tamen duplices. Excipiunt haec, quae sola hactenus inedita fue-re, additamenta nonnulla MSta quae synonymiam spectant, Auctoris ad Tabulas: sed omnia non est, nisi flagitantibus re-rum peritis, editurus. Etsi autem forte, in primis LINNEI opera, a nimiae synonymiae iugo leuati sint botanici, haec minus necessaria videri possent; tamen, cum tres tantum plagulas effectura sint, volupte nobis et pluribus forte futu-rum est, si easdem in posterum ederit. Agmen claudunt, quae ibidem soli sphalmati ortum debent citatae figurae cum suis emendationibus.

In

In addito Linneano, in DILENII historiam museorum
WEISSII de cryptogamia Goettingenfi opus, et WEBERI Flo-
rae Goettingenfi spicilegium, Goth. 1778. 8vo. sunul com-
memorauit, addiditque, quas hi Viri Cl. vel extricarunt, vel
resuscitarunt figuras. Tabulam etiam, qua Cl. WEBER Li-
chenes scyphiferos sub squamosi nomine iungit, apposuit.

Cl. Auctor, si haec non frustra suscepisse videbitur,
alios sunilis generis indices propediem cum publico com-
municabit. Quare nos, cum omnibus botanicis qui acceptum
et utilem hunc laborem putamus, eique omnem plausum
addicimus, Auctorem promissis staturum esse speramus.

N. G. LESKE, von dem Drehen der Schäfe,
und dem Blasenbandwurm im Gehirne derselben, als der Ur-
sache dieser Krankheit etc.

i. e.

DE VERTIGINE OVIVM ATQVE TAENIA
hydatigena in cerebro earum, ut caufa morbi, Auctore NA-
THANAELE GODOFREDO LESKE, Professore
Oeconomiae et historias naturalis Lipsiensi.

Lipsiae, apud Io. Godofr. Müller, 1780. cum tabula aenea
plag. 4 in 8.

Et si per multa abhinc saecula doctrina de origine et gene-
ratione animalium, a solertissimis naturae obseruatori-
bus

hunc tractata fuit, atque experimenta planima ad dælegen-
dum theo naturas mysterium instituta sunt: tamen indies
phenomena occurserunt, quae conceptas de generatione-
consententias incertas, usque omni exceptione maiores redi-
cuntur. Factum inde est, ut in tot atque tam diuersas partes
discutant physici, atque tot opiniones excoitauerint;
quot singū humano ingenio possent. Omnes denique una-
nimis consensu illi hypothesi adsonferunt; qua *omne vivum ex
ovo nasci statueretur.* At pluriū vernum generatione
etiam hanc hypothesis infirma fieri videtur: ut ideo celebre-
ritus in historie vernum. Author, OTTO FRIDERICVS
MULLER^{*)} novam proponerit explicanda generationis ra-
tionem. In inqagndis datus ac mysteriis, quae vitrorum
moxij detegi tenuia possunt, solertissimus GUILIELMVS
FRIDERICVS AC MULLER^{**)}, animalcula spermatica, etiam
implacata pollicat se obseruasse super proposuit, ideoque
explicari iam leeuwanhoekianam hypothetum iterum intro-
ducere tentandi. Teneamus alia. Nulla enim, etiamnec
proposita generatione explicandi ratio, nobis generalis
est circa additur, in. Atque hanc sententiam confirmat obser-
ratio, de qua exim qd Leeches referunt, quae omnia, nisi
falsum veritas experientia et testimoniis probaretur, pro-
babilitatem superare videtur. Est difficilis explicata verum
in intestinis, hepate, aliisque visceribus generatio, pre-
sertim cum recentissimis obseruationibus probatum sit atque
effectum, vermes intestinales esse diuersissimos ab iis, qui
in aqua, vel extra corpus animale inueniuntur. At longe dif-
ficilior certe erit dicere, quomodo Taenia in ipsa cerebri
substantia oriuntur?

Sed age ipsam, quam Cl. Author, cuius iam alia phy-
sicae cognitionis prostant specimen, proponit obseruationem;

Con-

*) vid. eius histrio, Vermum, Hafn.

**) lit. libros, cui titulus: über die Saamen- und Infusions-
Tierchen, und über die Erzeugung, etc. Norib, 1778. in 4.

Constitutum erat, caussam rimari, unde morbus ostendit, quem rotationem dicunt Nostrates, cuiusque cum vertigine symptomata sunt eadem, oriatur, et per quam officiatur. Instituta igitur anatomica sectione, varia inuenit morboſa symptomata, uberiori in libro exposita, semper tamen in ipso cerebro unam vel plures hydatides. Protinus haec morbi esse caußam habendas ratus est. Cum vero, praeter alia, etiam in abdomen et pectore, hydatides inueniret, quas instituto examine, veras esse *Taenias hydatigenas*, a *THOMASO* pemium descriptas, tunc a *PALLADIO* illustratas, utimaducentur: suspicatus est, etiam hydatides in cerebro repertas esse animalia, et forte cum prioribus unius eiusdemque genere. Neque fecellit eum coniectura. Etenim examine oculis anatomatis instituto, hydatides cerebri veras esse *Taenias hydatigenas*, forma tamen et specie a prioribus omnino diversas vidit. Illustravit harum *Taeniarum* descriptionem icapa, quam nos in Tabula addita residi curavimus. Videl. C. Auctor hydatides Cerebri differre ab hydatidibus abdominalibus, corpusculis parvis albidis, fore invenit, magnae vesicas adhaerentes, quibus posteriores carent. Haec corpuscula, microscopio disquisita, eadem partes obulerunt; quas in taenia hydatigenis, tunc et aliis ipselis libris, obseruerunt et Cl. Auctor, et alii, imprimiti nuper dessinavit *CL. GOEZE*, Pastor Quedlinburgensis. Scepius dictis repetitis observationibus vidit, haec corpuscula exteriori cystidis patienti adhaerere, atque extremitatibus cerebra esse infixa; vatum quoque capitulo, cui duplex circulus pellucidorum hamorum, quibus cerebro infixa sunt, atque quatuor orbiculares vesicaeformes conuexae partes infident, instrui: atque, cum hoc capitulum cum extremitate s. capite *Taeniarum* conueniat, ea veras esse *Taenias*, si si manus, unam *Taeniam hydatigenam*, tot capitibus praeditam, quot corporiscula vni cystidi inhaereant. Capitulum taeniae sequebatur

col-

ectione, cum corpus quo vesicæ adhaesit. Interanea nuda animaduertiri poterant, predilectione eam institutus succus vesicis refertus exprimebatur, ipsaque cutis ex circulis reticulatis secum connexis componebatur. Quatuor partes vesicae formes Auctori totidem ora esse videntur, quibus e cerebro nutrimentum capiunt, sicutque ipsam cerebri substantiam in aquam, quam vesica continet, mutant. Videntur hæc taeniae, vel capita taeniae, vita propria instrui, etiam mortua iam que. Hac tenus Cl. Auctoris obseruata.

Multiplicari has taeniae hydatigenas, eodem quo hydri modo, evolutione nouorum germinum ex membra, afflente maiore nutrimenti copia. Quod ad originem carum attinet, libenter se eandem ignorare fatetur. Id quidem facile probari posse ait, taeniae has neque ab extus, neque ab ulla alia interna corporis parte, in cerebrum venire. Extra animalia enim nullas hydatides inueniri. Ab aliis partibus autem non nisi cum sanguine in cerebrum deferri possent: sanguinem autem tam subtilia vasa transfluere, adeoque in mixtione mutari, ut vel germina vel ipsae taeniae necari deberent. Fieri etiam posse, vt hi vermes aliis in corporis partibus adhaererent, quod tamen non euenit. Probabile itaque videtur, taeniae has ipso in cerebro oriri, esseque quibus connatas.

Morbum hunc oviū venae sectione curari, nonnulla instituta experimenta testari videntur, et si Cl. Auctor huic methodo parum fidat, cum, nisi resoluto humore has taeniae oriri assertas, modus, quo verae sectione morbum tollat, vix intelligatur. Si validatem spectare valis, fuader A. vt oves in principio morbi indecentur. Iudicat postea de Auctoribus aliis, qui huius morbi memiserunt. Atque tandem histrio

niam huius observationis adnectit, ex qua iam anno
1779. se animalistem hydatidum cerebri detectissi
patet.

D. ERNESTI CHRISTIANI WESTPHAL. ICTI
et Antecessoris Halensis, Interpretationes iuris ciuilis de
libertate et seruitutibus praediorum, artis ordi-
natae digestae.

Lipsiæ, in officina Weygandiana, 1773. Inv. mag.

Auctor, cum ante aliquot annos legum Romanarum de
iure pignoris explicationem dedisset; atque is liber,
tam ob concinnitatem et elegantiam, quam ob eruditionem
et copiam, multis mire placuisse, iam molitus est aliam illa-
ius iuris particulam, de seruitutibus, qui locus maxime
difficilis est et impeditus. Igitur e legibus fundamenta ma-
ius doctrinæ collecta et in ordinem digesta, sive iterum,
quibus isthaec omnia ante Iustiniani tempora definiebantur,
inserta; singulis sua e legibus autoritas apposita; commen-
tatorum sententiae in iudiciuri vocatae, totumque hoc opus
simillimum priori effectum; pari adeo laude dignum, at-
que etiam maiore, quod res latinas latino sermone enar-
ret, sec peregrinis quicquam nostri inuidetur. Quidquid
fore in hoc genere librorum bonorum legimus, adhibitum
est, nec tamen ea omnia seruata est ratio, quia nonnulli
quosdam requirant, quos minime volint. Opus ipsum tri-
bus partibus absolvitur; prima, veterum Istoriorum, qui in

Pan-

Praedictis laudentur, scripta, et Imperat. in Codice Iustini
constitutiones recensentur; secunda agitur de libertate na-
turali praediorum qua seruitutibus opposita est. XVII.
Capp. „De libertate vniuersitatis praedicti priuati intuitu alterius;”
de iure socii in praedio communis; de iure locorum publi-
corum generationis; de viis publicis; de filiis publicis; de
paseis publicis; de iure aedificiorum et operum publico-
rum, et de aedificiorum priuatorum ad loca publica relatio-
ne; de aqueductibus publicis; de iure maris et littorum;
de iure fluminis et riparum; de iure locorum sacrorum, san-
ctorum, et religiosorum; de remediosis; libertatis praedicio-
rum et locorum publicorum defendendae causa. introduc-
tionem, et cautione dominii infestis speciasim; de aqua
operis nunciacione; de interdictio quod vi aut claim; de
aqua pluvia arcedere actione; de interdicione causam pri-
uatum praediorum liberorum spectantibus; et denique de
interdictis ad causam publicam pertinenteribus.“. His auctor
legentium animos ad doctrinam de seruitutibus accuratius
cognoscendam præparat; quæ, quoniam partem libertatis
naturalis tollunt, nisi his praemissis, parum intelligi pos-
sunt: sed in illa tractatione videtur libri partem ius
et proprium absensisse, et reliquæ disputationes spaciatae nimis
contraria esse, quod factum forte nolint amantes harum lite-
raturam, qui a solerti illo et studio scriptore nihil nisi
aberrandum expectant. Tertiae partis XVIII. Capitum,
argumenta haec sunt „De communi seruitutum natura;
de singulis seruitutibus praedictorum urbanorum; de sing.
destitutis praedictorum rusticorum; de seruitutibus personarum,
asservatis vnufructu; de vnu fructu nonnullarum terrenarum
speciatione; de iure substituendi, mutandi, reficiendi, cau-
tione, modestia et diuisione in vnu; de habitatione et ope-
re seruorum; de acquirenda seruitute generationis; de fun-

gulis modis seruitutes constituendi et acquirendi species in de amissione seruitutum; de effectu amissionis in seruitutibus personarum; de actionibus seruitutum causa proditis; de interdictis seruitutes spectantibus generatim; de singulis interdictis speciatione; de iure superficie. " Liceat nobis de hac ultima libri parte, pauca, quae legentibus in omnium veneruntur, vel differere, vel etiam monere: nihil enim vetat, quo minus aperte loquamur, neque est quod dissimilamus, cum auctoris dignitate, veritatis rationem nobis esse antiquissimam. Verborum p. 321. " cum caeterum praedictis seruitutes solum habeant omnes in seruitute operarum seruorum restrictio sit, adeoque non vis absoluta. Pag. 322. recte afferitur, posse, si ita cautum sit, seruitutes praediorum etiam ad singulos pertinere, quae ideo non sunt personales. Pag. 323. bene explicantur L. 42. q. 1. de usufructu et L. 10. de usufructu leg. ex formula: rem suam nemini seruire. P. 325. præmedia rusticum et urbanum videtur non satis apte definiri, dum hoc ad habitandum destinari, illud tantum in piano consistere, nec habitationi servire dicitur: hortos enim, et si non inhabitamus, tamen in praediis habemus urbans, et omne aedificium, quod solius agriculturae causa extruitur, in rusticis; quamquam haec non in piano, sed in superficie consistunt. Videntur haec, L. 198. et L. 211. D. de V. S. adhibitis, longe subtilius tradi potuisse. Quae auctor p. 349. de causa seruitutum perpetua disputavit, ea ludentur amplectimur: haec de multis et eruditos viros, et inter hos magnum Heinemann, pessime habuit, qua nihil falsius atque ineptius inveniri potest; nam multa in hac disciplina exprimitur, quibus vel hoc commentum refellas, vel contrariam sententiam confirmes. Nolim tamen huius rei culpam in priscos Iure consultos, aut in ipsis leges reuici, cum recentiorum errora,

re-

regulae, cui eliam certi seruitutum species suberas, totum genus subiectum sit. Neque credimus, e Pandectis loca, quae eosam seruitutem perpetuam inferant, alia adduci posse, quam de recipienda vel auertenda aqua, sive illa pluvia sit, seu fluviatilis, stagnante reiecta. Verba Pauli L. 29. De seruitut. praediorum urbanorum, „omnes autem seruitutates praediorum perpetuas causas habere debent,“ nostris opinor fraudi fuisse, vt in defraiendo illo genere falleretur. Verum si quis et reliquum sermonem diligenter expondat, et alia loca attente inspiciat, videtur suspicione loca esse non improbabili. Paulum hic rem pinguis adumbrasse, neque a nostris partibus disseassisse. Singulas species seruitutum urbanarum et rusticarum. p. 378. plenumque leuiter expressae; quaedam nominatae saltens, non emarginatae; paucas plane omissee, seruitus foraminis et fulgi immittendis, quem tam in Pandectis mentio sit. In fortitate attius tollendi, p. 391. re veratissima, Salchowius concessum. Rechte quidem p. 382. traditum de seruitute sillicidii vel stuminis avertendi aut recipiendi; et de seruitute stūlicidii vel stuminis pro avertendi, aut non recipiendi; nullas tamen leges laudatae: e. c. L. 21. D. de seruitut. praed. urban. adducimus, qui locus in ea re dominaatur; nam cum vnius seruitutis vim satis apte declaret, alterius, cuius contraria ratio est, descriptionem parum requiras. Pag. 392. multis actum de itinere, actu, et via; doctorum virotum sententiae excusiae; totum paucis luculenter exposatum: „Inter hanc etiam diffinitionem erit, quod iter ius eundi, ambulandi, equitandi, et gestationis comprehendenderet; actus ius agendi iumentum, et transponendi vehiculum, vel utrumque coniunctum, vel saltim alterutrum; via denique priora omnia, et simul ius lapides ac tigna trahendi, hastamque rectam ferendi contineret.“ At quo ius p. 397. locus in

Ex.

Excusione XIX. ad Theophil. Reizii, vbi in littero (illigata
etiam fuisse existimat) de discrimine actus et vice praeceptum
tam est, in hanc sententiam tractus sit; cum quidam Ryno
kershoekio magis fauere videatur; sicut nunt. nos plane ignoran-
te. Verus sic sit vestimentorum, an quasi ususfructus? hoc
definire Westphalio adeo arduum vitum, ut de reta quaes-
tione despiceret, et p. 408. satius haberet, Tribonianum
q. 2. I. de ususfructu erroris argueret; sed nodus ille iam ab
alii solutus est, non iectus. Rechte monitum est p. 536. lo-
go de servitutibus plurima inesse, quorum quis, cum sub ei
fratrem perspiciat, utilitatem requirat: in his esse cautionem
qua proprietatis in praedio, vel consentaneo ususfructu
ratio, nouam servitutem constituere prohibetur. Sed non
dubitandum est, quoniam rei ratio aliqua e penitiore iuri
Romani disciplina peti possit: in praedio enim, nemini nisi
proprietario, servitutem constitueret ususfructuarium
tamen nihil impedit neccisa est, quem minus utitur frumentis
et quoniam proprietas sit nihil agit se condonando
tuenda altero scholastico consenserit, rigitur ne illi liquidetur;
hoc vel maxime consipiente, eam constitueret licet.

*Propositiōnē, quo tres Iuuenes nobilissimos disciplināe riper-
fūsū attingentes, prosequuntur, ac de Pompeianis Inscriptionibus,
unam finis interpretatur GE. HENR. MARTINI, Scho-*

līo ad d. Nicolai Rector Lippior.

Litteris Seminariis plagg. 5. 8vo.

Ab investigatoribus Herculaneum antiquitatum, ante
quatuordecim circiter annos yctus, Inscriptio reperita
est hacc:

N.

N. Popidius, N. F. Cellini filii doctores i. dicitur
Aedem. Hys. terrae motu. collapsam
A. Fundamento, P. S. restituit
Huc. Decuriones ob liberalitatem meam. Huius
-baeis. cam pfer annorum sex
Ordini suo grata adlegerunt

Conspiciebatur sub introitu templi Isidis, inter ruinas Pompeianas, cum aliis monumentis multis, detecti. Haec inscriptio, simul ac ad notitiam hominum peruenit, multorum statim in Italia animum ac manus ad scribendum commouit. Nam anno iam millesimo septingentesimo sexagesimo quinto quidam eruditus Ioseph. Galzeranus Cantanzarensis, sub 4. Decembribus litteras ad Ioh. Lamium dedit, in quibus illum de ea reperta, et de controvacia super voculam *sex*, quae in ea legitur, oborta, certiore faceret. Lamius hanc epistolam in *Commentariis Litterariis Florentinis* a. 1766. cum sua hac de voce sententia, publicauit, ex quibus in aliorum commentarios peruenit. In his cum aliqua differentia legitur, non prorsus spernenda; ab Clariss. Martino ita exhibetur quomodo in iam dictis *Commentariis Florentinis* existabat, et ut postea a Blancho Migliaccio, auctore *dissertationis de aede Isiaca*, et Bioernstaelio in *Epistolis*, cum eruditis communicata est. — Praedicat autem haec inscriptio munificentiam cuiusdam Numerii Popidii Cellini, Numerii filii, (quod siglae N. F. indicant,) in restituenda aede, cuius ianuae est superimposita. Haec enim terrae motu sub imperio Neronis a. G. 63. de quo Tacitus *Ann. 13, 48.* et Seneca *narr. Quæst. 6, 1.* scribunt, adeoque 16. annis ante totius vrbis interitum, qui a. C. 79. accidit, de quo Dio Cass. lib. 66. videndus, collapsam, ab illo autem suo sumtu, (nam hoc volunt litterae P. S. b. e. pecunia sua,) a fundamento fuerat restaurata. Quod insigne promeritum de religione, deque ipsa republica, singulare ei quoque praemium attulit. Decuriones Pompeianae ciuitatis, huius monumenti

refecti caulis (ob liberalitatem) ut gratum et mezzorem animum declararent, sine ullis impositis, sive sine necessitate ob introitum, vt Plinius Lib. 10, epist. 48. scribit, aliquid largiendi, item sive honorario decariorum (gratis,) inter Decuriones reliquos ei locum detinunt, (ordini suo gratis adlegerunt,) non sexdecim, non sexaginta annos natum, sed (cuma esset annorum sex) puerum lex annorum. Multo quibus hoc nouum et insitatum videretur, atumque alium modum extremitate vocis, ut arbitrabantur, non ingrae, sed recitao, supplingens excoitarunt. At Vir Clodii et integrant esse idoneis argumentis coenprobare, et multis sum delegationes, primae tenebriter nonnunquam patris, more recentiorum temporum, ab Imperiis tribus non profrus probato, etiam frustis docet. Cogitandum seem est, quam nomen patrum, clivitiis, potentia, et successione poterentes, satis suis militum patris locis in Capitoliis aut aliis his siue citius emergat, vestimenta detinere litteras certius illi potestimur, nece maiori principiant, sed etiam humillorum fidem, vobis sententes, ordinari militarium ciuiliumque insignibus domari. Quare, sicut haec nemini nostrum valde arri videtur, ita neque sexensis Popidii ne ordinari decariorum receptio Pompeianis citibus admiranda fuit. Sed de genere Popidii quaedam cognoscere licet ex alia inscriptione, quae in eodem templo sub eleganti Baschi statua reperta est:

N. Popidius Ampliatus

Pater P. S.

Perito lectori nihil insitatus visum fuerit, quam duplex cognomen patris et filii, illius Ampliati, huius Celsini. Quod sane nouum est. Libera republica, filii semper cognomen patris gerebant. Sed ea labente, sub Caesaribus, in nominibus, sicut in aliis rebus, multa mutabantur. Filii saepe aliter quam patres cognominabantur. Sic alter e filiis Vespasiani non eodem, sed alto cognomine, Domicianus vocabatur. Plura exempla proutlit Zaccaria Iustus. Antiquario la-

quidam 2. l. 6. 6. p. 204. s. Quidam statim partes antiquitatis, quorum tractandarum verba huius inscriptionis numerariam praeberent, satis copiose in hac commentatore sunt expositae et illustratae.

Nam aedes Iliaca, occasione dedit V. Cl. de origine, de progressu, de communicato hec culta cum Regia, tandem et cum aliis populis, plurima proferendi, Decuriones autem quoniam essent in municipiis et coloniis Senatores, primum longam et per plurimas paginas protulit de Municipiorum Coloniarumque, praecutibus Sigonio, Schwarcio, Ottone, aliique, natione, ne harum quidem in togatas et sagatas auctore potissimum Alberto Disterius Trekell. ICto perquam eruditio in Select. Antiquit. Rom. P. I. p. 203. divisione, disputationem peperunt; deinde de Decurionis prima origine, et auctoritate modo, tum quid in eis eligendis spectaretur sit, de insularibus item aqua et officiis, complacibes fane, et diversis, agendi locis dederunt. Multorum quoque illa disputatione, confirmatione cum ex antiquis scriptoribus, tum et lapidibus repetitur; multi veteres lapides ipsi illustrantur, nonnullorum etiam Italicorum, qui in iis tractandis parvum exercitati essent, lapsus et errores modeste indicantur. In lapide quodam repariebatur: C. Ital. Caesar. C. F. De Gallis. 3. Allobrogibus pluit; Marmorum Taurinensis, inter quae P. II. c. CXL. p. 208. exhibetur, editores, spuriam aut corruptam inscriptionem profissi ducunt. Emendare vero et interpretationi quia valit, illam ipsius force magnum Apollinem fatentur. At mediocri ingenio et diligentia opus erat ad intelligendum, eam nec spuriam, nec depravatam, sed continuo ita legendam; C. Ital. Caesar. C. F. De Gallis et Allobrogibus triumphavit; quod verum esse, scribendi mox antiquus, et historia confirmat. Sed illuc revertimus. Inter decurionum munera fuit etiam religionis et sacerorum tuendorum cura. Hinc si quis dei pleasse gaudet, vel acaam publicam, aliquo loco ex-

struere ac dedicare constituerat; ad suæc non possit huius ex decreto decurionum, quod toties obiret in veteribus inscriptionibus siglae L. D. D. volvunt, nempe loco datus decreto decurionum. Adduntur porro quaedam de ipsorum monosyllabis. Fuerint enim eis illorum decem primi, qui pri-
mum in albo, quod ipsorum nomina contineret, locum re-
tinerent, quos et primos sententiam rogatos scriisse probabile
est. Pertinet huc eorum immunitas, tum a poenis ini-
niisque corporis, tanti ab omnibus ciuitatum aiorum asuntri-
bus; quibus qui tamen defungi voluerat, singularem apud
populares gratiam habere, et monumentis publice positis cele-
bri solebat. Ordinem simpliciter dictum fuisse decurio-
num collegium, multe confirmatur lapidem etiatis, etiam in
Gruterianis, tum in aerarium Tauriacum effantibus. Et
quoniam tradiditius institutum est ab Graecis Românisque
veteribus, ut recte honestus factorum memoriae perpetuam
conserueretur, monachorum vero nomine persistente
dans itidem specimina datatur. Deinde ut Gallozai, Iuli-
ani, Blancti, aliorum quo de vocabulo sex, interpostandis
specioneis et conjecturas arrite esse appareret, aliquot studi-
um auctoritate, veteribus viscarum litterae s post x posse
de confutandis docetur. Quamquam etiam mentiebat
Lilianus hoc XXXIV, 3. ubi eodem modo ante x possumus
per impeditam librarii, in e transit. Etenim proposito
quod vnde verum, ut viri docti viderunt, in antiquis libris
legitur Aros. Tardem de decurionibus prætextatis quic-
dam adduntur, quos Latinus et tabulam theneat, decurionum
nomina et descriptionem continentem, ubi commemorantur, ob-
se editant, se ignorare qui sacerdos faciebat. At V. G.
hot ipsos fuisse pueros in decurionum numerum allectorum de-
monstrat. Et ad legendi quidem verbam in hac re solennes
est, ut Gruteriani et aliârum collectionum lapides deca-
nunt; ac tutius softassis etiam Phœnicium Epist. X, 43.. si
pro quam bullitorum adducti beneficior tuo, legamus; quem hu-

hunc anno p. m. die tunc. In Siciliis quis hoc illa collegia fore, non certum de principiis dicitur; inter se vel, vel adiuncti, vel distincti, nobis quidem praestare videntur.

Das gleichförmig aufgebauende Pompeji.

Etiam si etiam omni ien. annuntiatur, ut p. m. ad hanc civitatem, quae p. m. Pompejus regnabat, sive Casuam bipinnata fuisse, verbis quo eius origo cuncta sufficiens interitus, repetitae frumentariae, & crustacei signis quae de monumentis, describuntur,

et G. HENRICO MARTINI Scholae Nicomachae, in

lipsiae, apud M. G. Wiedemanns Reichenb. 1779, ex

etiam quod in aliis p. m. annuntiatur, ut p. m. ad hanc


*Q*uod ad hanc de reperiuntur levissime postea, quae Campania agendam notantibus, inter ruinas disiectarum, terrae motu verbium, antiqui operis salvo, et monumentis mediderant, ubi fere, cum graue afflum, opposita sunt, ad alteraque oppositi ex duobus his, quod unum, tempore endem, quie de causa posteriorum, vibribus trasferunt, altera, recessus, natus qui iniunctorum motu, nihil resipiunt. Herculaneum, antiquitate nonnullae, quam tamen non Herculani, sed Pompeiani oppidi fuerunt, vixi, colliguntur, quare, nobilitas, amplitudo, et opulentia urbium, valigantur, sed vixi cum memorabilis eius existentia obliuio ipsius radiis suscepisse que, dant Reichenb., Peccatum Caspum, p. m. D. basis labore, qui separandis, et distinctius explorandis, antiquis, operibus requiriunt, ex indicione proposita, in quedam volumina operis de Pictoris Herculaneumque commentacii agro, intelligimus, sed quia post longam etiamque in principiis

etiamenque subsistit, verendum est ut iste tempore, non
opus absoluatur. Idem consilium Martinj, Viri Clariss. co-
pit, sed eius perficiendi aliud modum elegit. Nam inspe-
cum es breuem vitae humanae terminum, varioque et subi-
tos, quibus incepit saepe nostra trahentur, casus, secum co-
gitans, veritus ne Vesuvii montis, qui hoc anno eodem
mense quo ante mille et septingentos annos post Christum
eritum septuagesimo anno, qui urbis interitum equalit, pos-
qua quondam facutus, cum ingenti agrorum deuastatione
hominumque terrore concitatus exaruit, mousae erupcio-
nes, vero, tot inserviam laborum, die, resum, itaqueque
redderent; sicutu dolore quodam affectus erga ur-
bem in suis ruinis reliquam et desertam, hoc ipso anno, qui
ab eius pernicie millesimum et septuagesimum est, sius me-
moriae monumentum posere decrevit. Quare, quidquid e
varis studiorum in Italia, Gallia, Germania, Britannia,
Suecia, libris, de hanc, dñe fucosellis et adhuc feruato re-
niore studii et laboris inagandorum et protrahendorum
oporis retulit, nonnunquam colligi posset, quidquid de
conuentibus ipsius, cum firmis et stabilibus, vi potius portis
tempis, edificiis tam publicis, quam priuatis; cum mo-
libus, veluti flaminis, pectorum, figuris, vasis, ceterisque ad
vsum huiusnam accommodatis vterilibus, de inscriptioni-
bus ibidem repertis, viptaria in listens relationem auferat, si
nulli quidquid antiqui. Quosque Latinique scriptores, de origi-
ne, historia, conditione, et iheritiis eis habent, id opera
ex tota aetate linguis, argimento, discernissimis libris, collec-
tione, digestione, conseruante, in virtutem corpus redactum,
per undecim locos suis capita distributum, continua narra-
tione, vernaculo festinante exposuit. Nam transquisque faci-
le intelligat, quandoquidem una in causa, unoquoque in argu-
mento, mens toti scriptoris versata, quanto omnia uberiora
atque ernastiora sunt, et quam late patet suscepti laboris
fructus; qui non sustinet cum predilecta, verum etiam cum
qui-

quodlibetque, habem ab antiquitate amio non alieno,
contr studiorum, in primis eum sacrificiis, quibus et ipsius
confidere se volumne profitetur Auctor, communicatur.
Nam omnibus explicationibus, et communisibus quasi antiqua-
tum illustrandarum locis, quibus Itali sere in antiquariis op-
eribus vntuntur, quibus se iacent etiam Picturam Hercula-
nium Editores, simplicem monumentorum refectionem
descriptiōnēque dedit; nisi quod interdum admonitio
quædam et obsecratio vel ab aliis facta laudatur, vel num-
erum nata subiicitur. Cœteram, ex hoc Picturam
Herculanenium Opere, si, quae hoc libro continentur;
pleraque hausta dicamus, nihil aut minium, aut incredibile
loquamur. Nam vnde certorem copiosioremque, nisi ex
hoc opere, supponere licet opulentissimam, instructissimam quo-
dam cuiuscumque modi operibus oppidi, descriptio sensi. Sed
haec singulare Historie Cl. hanc est, cuius sociantes summa
supralaudatae Chremes sibi vindicent, quod fui urbi reddi-
dit, et pristinis quæque locis repusat. Cœteri debentur
Winkelmanni notitiae priorum mundanorumque Herculanis
genitium repertorum, (*Nachrichten aus den Herculanischen
und neueren Herculanischen Entdeckungen*); plura ex Mri
Cernstahli Epistolis, super Herculanensia reporta, alia alia
unde deponita, eodem consilio tractantur. Ex inscriptio-
nibus paucis adhuc a variis, maxime Italis, vario tempore
vulgatis, exactum hic afferuntur eae potissimum, quibus alii
qua est cum cœteris, quae hoc libro continentur, rebus
coniunctio, minirum, quae in regionibus oppidi adhuc per-
factis, in templis, portis, aris legantur, quæque signo-
rum basibus, de quibus hic (omnibus ut dictum est, exponi-
tur,) insculptas cernantur. Earum etiam scita et docta ex-
plicatio praebetur, cum modesta castigatione et reprehensi-
onis errorum ab aliis interpretibus commissorum. Nam Vi-
ni Cl. in utroque genere dexteritas, tam in falsis refellendis,
quam in veris docendis, nuper apparuit, edito *Propemico*,
que

quo inscriptionem, adiuvante Isidis de stampae superimpositam, illustravit. Ea et hic magnatur, breviter explicandi causa, quae illic vobis disputantur, additis. Multum illa, extra plena quibus data, secundum pertinentibus, confortat tempore distinguenda, quibus scilicet iugis, iugum, gravem, pectus cies et calamitas, urbem invaserit. Leuipa, urbs dampnum terrae motu illatum, perpessa est sub Neroni anno C. quadragesimo quarto, quo ex parte tantum urbem concussa, ex maiori illaesa fuit; mox etiam refectis et restauratis plerisque aedificiis, aliquanto, quam antea, ut videtur, ornator. Hoc euentum commemorant *Tacitus* Ann. XV, 22. XIII, 48. *Seneca* Nat. Quæst. VI, 1. Sed alius motus, imperante Tito A. C. 79. die 24. Augusti totam urbem excidio demersam deleuit. De hoc verba faciunt *Dio Cassius* Lib. LXVI. p. 755. (*Leunc.*) et *Plinius* Epist. VI, 16. Cinis feruidus e nube delapsus urbem obruit, κατέχως, ut Dio scribit. Hoc, cur Clar. Auctor pag. 50, interpretetur obruere coepit, (steng an zu verschütten,) non intelligimus. Nam quod ait, paullatim et diutius conspecta nube pendente per vesperam, sub nocte demum esse urbem oppressam, nihil interest, sufficit oppressam fuisse. Neque enim profecto quidquam aut perspicuitatis, aut veritatis, inde narratio lucratur, nec exempla, pro confirmanda hac ratione prolata, valent. Confirmant potius constantem et perpetuum, in re simpliciter acta, velagi solita declaranda, Aoristorum usum. Certe nec tarditatem, nec celeritatem in agendo, iis denotari, admonuit *Clarkius* ad Homerum Il. a, 37. In versionibus autem locorum, in quibus est rudere coepit, agitare coepit, odisse coepit, verbum coepit redupdat, ex more Latinorum, quem *Graevii* ad *Ciceronem*, et *Gronouii* ad *Liuium notie*, confirmant.



TAB. III. n° Nov. Act. Erud. A. 1776. May. June.



3. a.

—

3. b.



NOVA ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsie

Calendis Iulii Anno MDCCCLXXVI.

**HOMERI HYMNVS IN CEREREM, NVNC
primum editus a DAVIDE RVHNKENIO.**

Lugduni Batavorum apud Samuel. et Ioann. Luchtmans,
1780. Plagg. 8 $\frac{1}{2}$. in 8.

Tandem ergo repertus est hic, quem Homero tribuit
vetustas, in Cererem hymnus, inter deperdita adhuc
priscorum scripta relatus; et repertus est eo loco, unde
venturum nulla spes erat. Moscae nimirum, in Bibliotheca
S. Synodi, a Chrifiano Frider. Matthasi, V. Clar. qui cum
plurimos libros eximios in luculenta ista Graecorum Codic-
cum, qui ibi scruantur, copia, reperisset, incidit quoque in Codic-
em Homeri, pertinentem quidem ad aetatem saeculi deci-
mi quarti, sed tamen ductum ex antiquissimo quadam et
praestantissimo, qui, praeter Iliadem et Odysseam, editos
Hymnos sexdecim, eo, quo in vulgaris editionibus dantur;

Oo

or.

ordine, continebat. Sed Hymno decimo sexto subiectū erant primū duodecim versus ex hymno deperdito in Bacchum; tum sequebatur satis longus, et si extremam partem excipias, integer Hymnus in Cererem. Hunc, siue, ut in Batauis citius prodiret in publicum, siue ut eius opus, qui in Homericis Hymnis interpretandis et emendandis plurimum laborasset, misit ad Bav. Ruhmkorenium, et ab hoc potissimum eum edi voluit. Impositas sibi Editoris partes praedclare fustinuit Vir praestantissimus, siue luculentam, quam praemisit praefationem species, siue notas criticas quas adiecit, bonae frugis plenissimas, ponderes Versionem latinam omisit, melius existimans Poetas Graecos ignorare, quam ex latina versione velle cognoscere. Primum autem quaerit quid de hoc Hymno statuendum sit, et quod in singulis versiculis fecisse Aristarchum quondam accepimus, utrum sit τοῦ ποιητοῦ, an ταξιμεθελημένος? Certe, ait, si Pausaniae testimonio standum sit, qui eius mentionem facit quatuor locis, Messen. 30. Attic. 38. bis, Corinth. 14. rem confessam habemus; sed sibi tamen, addit, varias esse dubitationes iniectas. Primum Scholiastes Nicandri Alexiph. 130. rei mentionem facit, etiis in hoc Hymno nullum vestigium extat, nempe potionis Cereri dattae, et scurrilium iocorum, quibus Iambe Cereris risum provocare, quae legitur in Orphei fragmentis p. 380. unde concludit aut eum memoria lapsum, alterum pro altero cassasse, aut hymnum ab hoc diuersum in manibus habuisse. Idem, cum illud ἐπὶ τοῖς εἰς Ὁρην καὶ αὐτοφερόντος Τυρού λέγεται dicat, significare videtur, sibi omnes reliquos qui Homero tribuuntur Hy. no spectos haberi, quod etiam iudicat Grammaticus vero a sud Leonem Allatum de Patria Homeris cap. 15. — τοὺς Τυρους καὶ τὰ λοιπά τοῦ θεοῦ φερομένους ποιησάντης νῦν τὸν οὐαζεῖ, et quidem argimento ex ipsius carminis vi, t natu ducto, καὶ τῆς φύσεως καὶ τῆς διάτεκτης ἔνεκα. Quo etia a pro certissimo V. Cel. ad la.

dabefestandam, de hoc carmine veluti genuino Poetæ fœta
persuasione, vtitur. Et quamquam formam dicendi fa-
tetur Homericam esse, tamen ea, quibus Homeri præstantia
maxime conseruit, neroa, sanguinem, spiritum, saepe re-
quisit. Prae ceteris illac nihil proficientes Iridis, Hecatae,
et Rhea legationes displicent. Quamquam etiam sic quo-
que, quae Homeri studiosus vix pro Homericis agnoscat,
neanulta commemorat: v. c. v. 9. Πολυδίπτης, et alibi
~~πλανύρων~~ pro Plutone; v. 12. Κάρη pro κάρησι; v. 210.
ἔργος, quae vox forma discrepans ab ἔργῳ in Lexicis defi-
deratur; v. 209. ἀρτιαρος, pro remedio; v. 221. προθάλης,
pro vegetus, vividus; v. 264. ἀλεινή pro ἀλεινή, quod
quamquam in Cod. MS. legebatur, tamen ut laboranti ver-
siculo succurreretur, reponendum statuit; v. 338. αὐτῶν
ἀρχῆς pro ἀρχης, quod schema constructionis verbi
αὐτὸν cum Γένιον μητρικόν vocat. Lesbonax p. 18f.
Pausaniam fortasse, capa Euliu. Vrsino ad Virgil. Ecl. IV,
aliquis dicat patrem intelligentem, tadium rerum existi-
spatorum fuisse; sed non consentiente Viro Cel. Nam
cum de Ophlei et Musaei certainibus, de Homeri Theba-
ide, de Hesiodi Theogonia, præclare. judicauerit, cur in
hoc dñdicando lapsum sit; aliunde repetendum est; fortas-
se inde, quod omnes Hymnos, qui sub Homeri nomine fe-
runtur, Bosot. 30. cum Hymno in Apollinem Phocic. 37.
pro veris et genuinis habuerit; quod ne Leoni quidem Al-
lationi. c. et Steph. Berglera. Praef. ad Odyss. p. 36. quibus
nemo de his Hymnis magnificentius sensit, probabatur ut
adeo eorum splendore ita sibi oculos præstringi passus sit, ut
ad quaëdam eorum vitia, quibus alias Homero scriptor pro-
deretur, connueret. Sed ne quis plane contemnet et abi-
ciat carmen, tenendum est: primum Pausanias iudicio hoc
effici, ut, quod ipse pro Homero habuerit, id ab omnibus
pro longo antiquissimo sit habendum, ut a Poete, qui vel
Gatim post Homerum, vel Heliopi actato, vixerit, scriptum

videri possit. Nam χρῶν ἀγαπῶντες, rōbīgo venustatis in eo apparet. Deinde, cum non solum ab antiquitate, sed etiam a p̄fice et simplici venustate commendetur, eximandum, ad pulchri sensum aliquid, ad alios siue Graecos siue Latinos Poetas intelligendos, valere, et cum fructu conferri posse. Quam eius sententiam, tria exempla e medio sumta, colligunt. In hoc Hymno vs. 13. et in verbis his: Καλόν τὸ δέμητρας ἐγαρεῖ τοὺς ὑπάρχοντας, τοῦτο γάρ τοι πρότυθεντος, sonus est, unde venustum illud loquendi genus fluxit, quo videntur Catullus de Nupt. Pel. et Thet. vs 81.

quos propter fluminis vndas
Aura parit flores tepidi focunda Fauoni,
Hos indistinctis plexos tulit ipse corollis,
Quis pernula domus iucundo risit odore.

In quo silentio praetercunda nos est Frid. Gail Doeringii, doctissimi inter nostrates Iuuenie, qui hoc Carmen metis suis illustratum, præ specimine totius collectionis Catulliana Catulli, aliquando edendae, super euulgavit, diligentia, qui hanc locutionem ex Horat. Od. 4. 11. 6. et ex aliis Graeco-gura Scriptis, quoad de mari placido γένεται dicitur, id. vs. 274. ipsiusque Cel. Ruhkenii sagacitas, qui cum extitit hos. Theog. 40. γένεται της διηπατρα καρπες — — — διεγένεται illastruit. Idem Hymnus vs. 176. Οι αἱ διηπατρας διένει τούχας ἰσχεταις, Hispar zolayi κατ ακατίον adhuc interpretationem verborum ciudem. carminis Catulliani vs. 128.

Tum tremuli salis aduersas procurrere in vndas
Mollia nudatae tollentem tegmina surae.

Hic *tegmina suras* cum Scaligero Interpretes alii, et ipse quem diximus nuperimus Interpres, perperam fuderunt pro eo thurnia, vel fasciis. Intelligit Ruhkenius tunicae quae nuda crux tegebat, quam Ariadas, ne aqua madesficeret,

ret, tollerat. Ηymnus vs. 101. Γερή παλαιογνώμονι τηλήκυντος,
της τόπον δέσμωτας, δάσων τε φιλοστέφανου Ἀφεδίτης, συντίθεται
θάλαττας ἀφεδίτης vocans, tollit omnem dubitationem
quae sollicitos adhuc habuit Interpretes Virgilii, Aca.
IV, 32.

Solane perpetua moderens carpere iuventis?

Nec dulces natos, Veneris nec praemia noris?

veram ipsi nati tanquam matrimonii munera, ut putabat Ill.
Heynust, an vero concubitus intelligendi sint, ut adeo et
iam hic Venetis praemia concubitum dici videamus.

Nunc, quod restat, singulorum quorundam locorum, propter aliquam vel obseruationem exquisitam, vel compa-
nationem, vel emendationem insignium, recensum agemus. Sed namrum, quae ab ingenio nascuntur et arte elab-
orantur Ruhnkenii, ita omnia sint, ut si ea referre velle-
mus, ipse libellus exscribendus esset. Quare paucis, quae
speciminais loco sint, contenti erimus. Vs. 4. Διάμυτρος
χαράσσος negat dici posse, cum χαράσσως perpetuum Apok-
alypse epitheton, Cereri non conueniat; emendat autem
χαράσσεται. Vs. 9. Πολυδέκτης, et alibi πολυδέκτης, multos recti-
psit, frequenter usurpat de Plutone carminis auctor. Quae
vobis confirmatur Cornuto de N. D. 35. vbi scribit Plutonem
vocari cognominaibus, πολυδέκτης, πολυδέκτημα, et πολύχερος. Ex
quibus resiliuit Orphei Hymn. in Pluton, II. p. 210. ed.
Gesni et pro ὁ πολυδέκτης reddit πολυδέκτημα. Σίδης τανγροκέδης
est apud Lycophr. 655. Chiparem Orcum dixit Horat. II.
Carin. 17. 3d. ex emendatione Bentleyi. Vs. 13. in Ms. erat
καρδίς τ'. ὁδμῆς at, is ut iam citauissimus supra, emendauit Κηράδης
ἢ δημῆς. Mox vs. 16. ἀθηέπης de obiectamento ex floribus, sicut
Anacr. Od. 13. rosam vocat ἀφεδίτης ἀθηέπης. Sic
ἀθηέπητα dicuntur Nicandro Alexiph. 234. μειδηματα, et
dem apud Atheneum II. p. 51. E. ludicrum Catullus

videti possit. Nam χρώς ἀγανάκτης, röbiga velutatis in eo apparat. Deinde, cum non solum ab antiquitate, sed etiam a prisca et simplici venustate commendeatur, existimandum, ad pulchri sensu aliquid, ad alios sine Graecos siue Latinos Poetas intelligendos, valere, et cum fructu conferri posse. Quam eius sententiam, tria exempla e medio sumta, colligunt. In hoc Hymano vs. 13. et in verbis his: Καὶ δύο πάς συγκέντες εἴρηται, ταῦτα ταῦτα γένεται, fons est, unde venustum ille loquendi genus fluxit, quo vnde
Cassilius de Nupt. Pel. et Thet. 281.

quos propter fluminis vndas
Aura parit flores tepidi fecunda Fauoni,
Hos indistinctis plexos tulit ipse corollis,
Quēis perimulsa domus iucundo risit odore.

In quo silentio praeterea una non est. Erich. Gud. Doeringii, doctissimi inter nostrates Iuuenis, qui hoc Carmen notis suis illustravit, pro specamine totius collectionis Catulliana Catulli, aliquando edendae, super euulgatae, diligentio, qui hanc locutionem ex Horat. Od. 4. 11. 6. et ex aliis Graeco-
rum scriptis, quoad de mari placido γένεται, didicit, id vid. 274. ipsiusque Cel. Ruhkenli sagacitas, qui carminibus Hesiod. Theog. 40. γένεται τοιούτης τελείωσις illa-
stravit. Idem Hymnus vs. 176. Οὐ αὐτοχόεσσι ταῖς
τρύχαις λαζαρίταις, Ήσαν τολμηροὶ απαγέτοις addeunt interpre-
tationem verborum eiusdem carminis Catulliani vs.
228.

Tum tremuli salis aduersas procurrere in vndas
Mollia nudatae tollentem tegmina surae.

Hic *tegmina suras* cum Scaligero Interpretetis alii, et ipse
quaerit diximus nuperimus. Interpres, perperam suarunt pro
soothurnia, vel fascijs. Intelligit Ruhkenius tunica
quae nuda crux tegebat, quam Ariadna, ac aqua madefie-
re,

ret, tollit. Ηymnus vs. 101. Γερή παλαιούτι; θαλάχητ,
της τόπου βέλευται, δώρων τη φιλοστέφανου Ἀφεδίτης, conser-
vatum δέοντα φρεδίτης vocans, tollit omnem dubitationem
quae sollicitos adhuc habuit Interpretes Virgilii, Aca.
IV, 32.

Solane perpetua moerens carpere iumenta?

Nec dulces natos, Veneris pec praemia noris?

veram ipsi nati tanquam matrimonii munera, ut putabat Ill.
Meynius? an vero concubitus intelligendi sint, ut adeo et-
iam hic Venetis praemia concubitum dici videamus.

Nunc, quod restat, singulorum quoruindam locorum,
propter aliquam vel obſeruationem exquisitam, vel compa-
nationem, vel emendationem insignum, recensum agemus. Sed nimirum, quae ab ingenio nascuntur et arte elab-
orantur Rubenskii, ita omnia nitent, ut si ea referre velle-
mus, ipse libellus extribendus esset. Quare paucis, quae
speciminais loco sint, contenti erimus. Vs. 4. Δύμητρος
Χειράρχος negat dici posse, cum χειράρχος perpetuum Apol-
linito epitheton, Cereri non conueniat; emendat autem
Χρυσοδέσποτον. Vs. 9. Πολυδέκτης, et alibi πολυδέκτης, multos re-
pedit, frequenter usurpat de Plutone carminis auctor. Quae-
vix confirmatur Cornuto de N. D. 35. vbi scribit Plutonem
vocari cognominaibus, πολυδέκτης, πολυδέκτημα, et πολύρχος. Ex
quibus resiliuit Orphei Hymn. in Pluton. II. p. 210. ed.
Gesu et pro ὁ πολυδέκτης reddit πολυδέκτημα. Λίθη πανορεῖ
est apud Lycophr. 655. Capacem Orcum dixit Horat. II.
Carin. 13. 3d. ex emendatione Bentleii. Vs. 13. in Ms. erat
Καρδίς τ. ὁδμῆς at, is ut iam citauimus supra, emendauit Καρδίς
Ὀδμῆς. Mox vs. 16. ἀθηέπτη de oblectamento ex floribus, sicut
Anacr. Od. §3. rosam vocat Ἀφεδίτης ἀθηέπτη. Sic
ἀθηέπτη dicuntur Nicandro Alexiph. 234. μελίματα, et
diam apud Atheneum II. p. 51. E. ludicrum Catullus

Carm. 60, 22. Extat bac de voce, quae hic non cognoscitur, luculenta obseruatio Interpretum Thomae Magistri, p. 17. Quia vocabulum ἄπλυτος non est Homericum, cum legatur vs. 83. huius Hymni πάπλυτος ἔχει χόλον, prouenit ex coniectura, (nam omnes emendationes huius hymni coniecturae sunt, quod per se intelligitur,) ἀπέλεστος, ἔχει χόλον. Sed ἄπλυτος defenditur ex apta coniunctione cum χόλος, et locis Hesiodi Theog. 315. Λπλύτος κατέρρευσε et ibid. 153. ubi pro Ἄρχεις ἄπλυτος Cod. Reg. Parisiensis πάπλυτος. Sic tamen etiam est in edit. Iuxta prima et secunda, ut ex nuperissima Hesiodi editione, manuscriptorum et editionum veterum varietate lectionis aucta, quae hic Lipsiae prodiit, cognosci potest. Vs. 48 τὰ πλάνητα διάτροχα δεσμός ἐτύχη. Hunc lacum opponit Cel. Emstio, apud Callimach. H. in Iou. 61. διάτροχα δέματα καμψαν diuisum rescribenti διὰ τρίχα d. v. Vox πλάνητος vs. 306. ροτū currens de aqua, addenda est Lexicis. Vs. 203. pro νικόσια MS. lectione Οὐτ' αρέπηδοισι διλύσεται restitutum est. Οὐτ' αρέπηδοισι διλύσεται. Hesychius Επιλογισιαὶ ἐπωδη Φαεμανῶν, videtur inde nota ad Timaei Gloss. Platon. p. 84. addi possint Interpretatio ad 2 Petr. 1, 20. Mangeus ad Philonem T. I. p. 519. Vox πλάνητα recurrit mox 210. et H. in Mercur. 37. πλάνητα pro πλάνηται legit ἔχει. Vs. 255. περὶ τάρηφι τις κατέλει πάπτο opportuno ex Hesiode Afp. 8. loco: Τέλειος καρπετει, βλεφαρει τε πόλιν κατενεάων Τοῖον αὐτῷ, οἵσιν τι πολυχεύσει. Διφερείτης, in quibus locis spirare idem est quod effundere, expellere, ut Etymol. M. p. 23. explicat πάπτο, πλανῆσθαι. Mox vs. 259. Κόμαι κατενεάων ωμοις opporuit Guieto, apud Hesiode Afp. 269. pro πολλῷ δὲ κάτιος κατενεάων ωμοις, scribenti: επεννοθει. Ad vs. 308. tangit rariorem usum vocis τίμη, pro partibus quas habet quodque nomen. in iuriū uniuersi administratione, de quo uberioris Valkenar. ad Eccl. Hipp. 107. notat, sic dici μοῖραν, Hesiode Theog. 348. et πάπται ibid. 422. λαζαρος Callimach. in Iou. 80. Vs. 306. pro

legendum putat ἡγετεῖς τοποῖς. Hesychius
Ερυθρός θάλασσαν. Cōuenientius enim esse ait, ut mater
ad conspectum filiae, quam perisse putabat, exultans hinnu-
m comparetur, quam Maenadi furiosae. Quæ correctione
nōn putabit opus esse, qui Διάφοροι μανιάσθαι τοιούς Theocrit.
Id. 2, 51: qui vsum verborum μανιάσθαι τοιούς et επι-
μανιάσθαι τοιούς, de quo videantur quos Valkenarius laudat ad
Theocr. Id. citat. vs. 48: qui denique μανιάς quo modo di-
catur, cogitauerit. Pro Ex. Δάρας εἰς τὸν vs. 429. legit:
Eis δέ την Πάτριαν τὴν; nam in historia Attica nobilis campus
Marinus, de quo Meurs. Regn. Att. I, 14. Pro εἴδει τοιούτου
τοιούτου παραγόντας legit, cum Wyttenbachio, αὐτὸν εἴπειν
τοιούτου καὶ μανιάσθαι et εἴστην τοιούτους capit pro fine aristis, collato.
Hesiott. Afp. 289.

C. IVLI CAESARIS COMMENTARII DE BELLO Gallico et Quili. Accedunt libri de Bello Alexandrino,
Africano, et Hispaniensi. Errecensione Francisci Oudendorpii.
Curauit editionem SAM. FR. NATHAN. MORVS, Cr.
et Lat. Lingua. Prof. Lips. A. 1780.

Lipsiae apud Heredes Weidmann. et Reichium;
Alph. 2. pl. 8. in 8.

Quamquam huic editioni parandse, Cellariani exempli
repetitio occasionem praebuit, et quamquam cyra-
rum pristini editoris notas pallim et vestigia scribat: tamen
recenti studio et diligentia noui Editoris ita est exornata et poli-
ta, vt et ad latinarum litterarum cognitionem, et ad ingenii cul-
tum,

tum, praeiorum pariter et recentiorum Scriptorum ~~opus~~, colligendum profutura sit. Etiam verba ipsa Auctoris ita exhibet, ut in Oudendorpiana maiori reperiuntur; notis autem tenet partim criticas, partim ad rerum intelligentiam spectantes. Ex eadem igitur Oudendorpiana editione excepta est varietas lectionis, sed non ubique, nec ita ut singularis sit in quavis pagina locus attributus, sed ubi opus visum fuisset, cum delectu inter notis quid quemque locum trahit a difficultatibus liberare valeat, profertur. Proprias quasdam coniecturas et evaginations interdum, sed raro et breviter, adspersere placuit. Cetera ex vitorenum doctorum annotationibus ita sunt redditia, ut raro satis sit, sed siquid ferre pendeat Cel. editor. Usus est etiam Ier. Marklandi *Explicationibus veterum auctorum*, quae ad calcem Commentarii in Euripideas Supplices edidit, in quibus multis Caesaris, maximie libtorum de Bella Civili, locos tractauit; unde pleraque in hanc editionem contulit. Ad verborum auctoriarum et intelligentiarumque pertinent, Lachmannus Index docet, satis copiolus et diligenter confectus. Rerum in his libris expostarum varium genus est. Nunc populorum mores, nunc locorum situs, urbium expugnationes, proeliorum commissiones, expeditiones, machinarum bellicarum descriptiones, munitionum genera commemorantur. Quae partim graecorum scriptorum, Appiani, Plutarchi, Dionis Cassii, quos curiose denuo a se inspectos ait, comparatione illustrantur; partim recentiorum ingeniorum, quae harum rerum diligentius tractatatum laude florent, ope explicantur. In primis igitur profuerunt libri, qui et saepius citantur, et iis qui vberiorem illustrationem desiderant, commendantur isti: *Ie. Dan. Ritteri*, nobilissima Theodosiani Codicis editione, historia Gallorum, quam in Germanica lingua scripsit; *Caroli Gwyschardi*, qui cognomen Quinti Icili habuit, duo libri, quorum alter inscribatur, Mémoires militaires sur les Grecs et les Romains; alter Mémoi-

moires critiques et historiques sur plusieurs points d'antiquités militaires, quorum ille duobus Lugduni, hic quatuor voluminibus octonis Berolini prodidit.

Et praeterea quorundam dissertationes, Observationibus Miscellaneis Belgicis et Lipsiensibus insertae, quibus argumenta quaedam historicæ et antiquaria ex instituto tractantur, paucim memorari videmus. Inter interpretandi et sententiae verborum reperienda subsidia, praeter metaphrasin Graecam, adhibita est quoque I. Franc. Wagneri, Rectoris et Prof. Osnabrugensis, Germanica horum commentariorum versio. Mappis autem geographicis, oppugnationumque, itinerorum item, pontium, machinarumque, et aliarum rerum imaginibus, haec editio caret; sunt enim istae delineationes non tam certae, ut iis ipsam rerum veritatem certi credendum sit.

In lectu digna Praefatione ad extremum de utilitate ex lectione horum Commentariorum speranda, sic fere dispiciatur. Si quis ait Cel. Auctor, omisis sis, quae paucioribus tantum placere aut prodeesse possunt, multa ingeniorum nullia, quae in Caesarianis libris aut verbis disertis describuntur, aut quorum vita et facta cum suis causis consiliisque narrantur, attentus spectauerit, ac sub illo narrationum involucro latentia investigauerit; si Caesarem, celeritate atque taciturnitate omnia efficientem, hisque artibus adiutum incredibilia feliciter gerente, sui semper similem, numquam crudelem, perpetuo lenem, in summis rerum omnibus inopis, tamen uno, eoque sapientissimo consilio locupletem, ob oculos habuerit; si animum eius dominatorem, per integrum decennium in Gallia transactum, eodem transite constanter ad imperium nitentem viderit; si quidquid egit, ad unum scopum tendere animaduerterit; nonne in humano pectoro introspiciendo, humanaque vita contemplanda fu-

versari concedet? nonne hos, qui discant, de vita, moribus, prudentia, felicitate ad monere poterit? nonne historiae studiosis ostendere licebit, historiam non modo esse memoriam eventuum, aut scholam futurorum magistrorum et imperatorum; sed quidquid contineat, quocumque modo posteris tradat, omni aetati, omni genere lectorum, aliquid saltem suppeditare, doctioribus ad cogitandum iudicandisque, peritis et imperitis ad imitandum cavadumque, iis denique, qui ad humanitatis sensus non plane obtuli sint, ad se ipsos agnoscendos?

Nunc veniamus ad quaedam explicationum specimen proferenda sic, ut nostrum etiam qualemque iudicium interponatur. Primum tentatur locus B. G. I, 1. *Speciat inter occasum solis et septentricones.* Malit *in* pro *inter* et *et* *speciat*: probabiliter, quia ultima syllaba praecedentis pertinet id potuit absorpsisse. Ibid. c. 31. *secreto in occulo.* Tollitur alterum, tanquam alterius interpretamentum. His tamen vocalis longam notam impendit Oudeadorpius, cuius hic nullam rationem habitam esse videmus. Ibid. 34. *fine magni commeatu atque emolimento.* Quae hic de voce emolumentum dicuntur, congruunt cum iis, quae Cel. Kuhnkenius ad Vellej. Pat. II, 78. notauit. Putant autem Viri docti, secus quam Gefnerus in Thes. L. L. vtrumque vocabulum *emolumentum* et *emolimentum* non magis inter se differre, quam *monumentum* et *monumentum*, et significare 1) laborem, operam, ut hoc loco: 2) utilitatem et fructum qui inde proueniat; quam sententiam recte, ut arbitramur, probat. B. G. III, 20. *civitates Gallias provinciae finitimas.* Omnes Interpretes reclamant, et has ciuitates non in finibus, sed in ipsa provincia sitas fuisse contendunt, ipso Caesare dicente L, 10. *Tolosatum ciuitas est in provincia;* quod et hic repetitur. Nos vero accipimus de ciuitatibus finitimiis inter se, sive quarum ager adiacet; ita veritas Caelari constabit; quam

quam ut tueantur, aliū aliud comminiscuntur. Assentitur autem iis qui locum sic legant, quae sunt ciuitates Galliae provinciae finitiae his regionibus, i. Aquitaniae, ut non iam sit inane additamentum illud ex his regionibus. Ibid. c. 21. propter quod multis locis apud eos aerariae secturae sunt. In plerisque codd. est *secturaeque*, in aliis *fracturae*, *fracturas* etc. Ex his V. D. eligit *fracturae*, tanquam aptissimum vocabulum, et ei quod vernacula lingua usurpatur *Bergbau* convenientissimum. At enim *Bau* ita hic dicitur ut in *Feldbau*, *Weinbau*, *Gartenbau*, et habet notionem culturae, non structurae. Igitur *secturae* rei denotandae convenientius iudicamus, praesertim cum Graeci de metallisoforibus et lapicidinis rupes dicant. Quare hoc tenendum fuerit; nisi forte quis prorsus omisso quoque vocabulo legere malit: p. q. m. l. apud eos aerariae sunt, ut VII, 22. apud eos magnae ferrariae sunt. Plinius H. N. XXX, 10. nitrariae Aegypti — — tantum solebant esse, intellectio fodinas. Lib. V, 42. manibus sagittisque terram exhaustire. Orosius et Interpretes acceperunt pro vellere tetras manipulos, et sagulis inectos exportare. At pro valde speciosa laudatur Marklandi conjectura: manipibus tragulisque exhaustire, quemadmodum Horat. Epop. V, 30. terram ligonibus exhaustire, et Lucan. 4, 294. gladiis fodore solum. Ibid. c. 43. feruenda iacula. „An sunt ignata tela?“ scribit V. C. non dubitarunt Vossius et Daviius, nec Fischerus in Indico Palaephateo verbo Λύγκαλος, ubi etiam plures qui de hoc genere totum exposuerunt, commemorat. Lib. VIII, 9. locum, quem Interpretes non recte coperant, discrepantia lectionis admonitus sic constituit. Ait Caesar, se imperasse coronisque loricalam — — inaedificari; legit autem: coronicque hoc — inaedificari, hoc sc. vallum, omisso vocabulo loricalam, quod pro interpretatione vici coronis ab aliquo additum, et ex loricula in loricalam transisse putat, quia nimis rursum coronae sunt ipsa loricala. Sed friget tamen quodammodo
hor,

hoc, quod et omitti possit. Videndum tamen an non selen
panere possit lectio, et sic explicari: *impars coronis vallo in
parificandis loriculas fieri*; ut perspicuitatis causa illa vox
loricula adiecta sit, qua quid denotetur ex VII, 72. cognos-
citur. B. Ciu. II, 29. *Caesaris beneficium matueraat confus-
tudo*. Obseruatur, *confusudo mutat beneficium significare*,
facit ut vilescat; obseruemus etiam, hanc significationem el-
se exquisitam, et *mutare esse corruptere*, quo etiam modo
τρέπειν Graeci dicunt. Geponici Scriptt. Lib. VII, 20, 5.,
τρέπειν τὴν δεῖπνον dicunt de re odoři feri, cuius frequentia
vetustate corruptitur et evanescit. Hoc quis non illi ni-
nuseras Ciacconii commento praeferat? Ibid. c. 37. *natura
et loci mutatione*. Cum Marklando Explic. vest. auct. p.
268. legit V. D. *natura loci, et mutatione*. Ita quidem
verba accipienda esse videmus, et concedimus; sed ita conti-
nuo esse collocanda negamus. Taliter transpositionum ni-
hil frequenter. Si quicunque sententiae fuisse, ei ecce damus
adiam: *natura loci, et operis mutatione*. Caef. B. G. I, 3.
operis mutatione, et militum, conuersa et telis repulsis. Haec
vox inserta perficiat concinnitatem, quam reliqui inesse ap-
paret: *et maris propinquitate, et aquae et solis copia*. Ibid.
c. 39. *capti homines equitesque producabantur*. Cel. editio,
cum sibi persuadere non possit, homines esse h. l. pedites,
asserantur aliis, qui ex conjectura legi velint *equique*. Sed id
non bene sonat, et illam rationem, qua militat et *equites* di-
stinguuntur, indubitate reddunt observationes doctorum,
cum ad h. l. tum Gronovii ad Liu. 26, 19. Iesuſi Lest. Lu-
cian. p. 329. Wopkentii Obſeru. Mifcell. Nou. T. II, p.
51. qui et laudat Daviſium ad Cicer. Tnſcul. IV, 5. et Cle-
nic. ad Exod. XV, 1. Et P. 158. *trichiles fratres* B. C.
III, 09. i. casas frondeas mensis paratis et expositis instru-
ctae, ad *στρατηγον ὀπεραπον* Marc. 14, 15. Luc. 22, 11. af-
serta lectione *fratres*, conservatur; et P. 567. *paniscentum*.
Ibid. c. 105. *sive solum marmoreum, elapidum ceagmentis*
con-

confectum, ad Aggerem Ioh. 19, 13. aliaque plura, scire
iuncta et utilia, disputantur. *Aggerem agere* B. Al. c. 37.
esse vel admoveare, vel cespitem aggeris faciundi portare,
Ouidiadorpius obseruat; hinc V. C. explicat aduebare, ap-
portare; qui usque rarer loquendii modus est, si haec si-
gnificatio obtinet locum.

JMMAN. IO. GERH. SCHELLERI COMPEN-
dium Praeceptorum Stili bene Latini, imprimis: Ciceronianis seu
Eloquentiae latine declarandas. In usum
Praelectionum.

Lipsiæ, summis Caspari Fritsch 1780. I. Alpha
pl. 1, in quo.

Cum huic libelli eadem sit descriptio, quam Cl. Aucto-
ri placuisse videtur in misericordiis Praeceptis Stili bene
Latini, quae ante paucos annos, vel super prius, editissimi-
mus, perscribendis, non arbitratur opus esse, ut de toti-
bus operis primariis et secundariis partibus et distinctionibus
pluribus verbis exponamus. Sed sufficit, ut nostri Lecto-
res formam operis ipsi vel concepiant, vel recognoscant,
monuisse, quidquid in plerisque aliis libellis, rhetorices praec-
cepta tradentibus, sub capitum de Inventione et Eloctione complexu,
comprehenditur; id nostrum Auctorem his tri-
bus, de Perspicuitate, Gravitate, et Suavitate dicendi, tan-
quam totidem primariis eloquentiae, impensis Latinis verbis,
demonstrandæ virtutibus superstruere, singula quoque ap-
tivæ sectionum et numerorum distinctionibus disponere, ad-

monitionum et exemplorum frequentia illustrare, prorsus
conueniebat libro, qui, sicut de sole ait Horatius, aliud
et idem esset. Eundem igitur efficiunt argumentata et ar-
gumenti tractatio; alium breuitas quaedam, et restrictio in
exemplis et admonitionibus afferendis, e quibus has quidem
Cl. Auctor parcus adhibuisse; illa vero pro ratione locorum
vel prorsus omisisse, vel, ut essent pauciores, prouidisse
confirmat. Et quamquam haec ita se habent, tanzen satius
adhuc amplius et prolixus maneat, natus nempe ab ingenio
eius, qui le breuitati inimicum fateatur, eamque ad docen-
dum, et ad accuratas et claras rerum notiones excitandas,
multum valere posse neget. Nec dubitamus quin satisfa-
cens sit huius libri apparatus, cum magistris quibusdam aridis
et ieiunis, et ultra compendiorum cancellos progredi refor-
midantibus, tum discipulis doctrinae cupidis, et suo labore
et industria connitentibus, praesertim si cum huius opusculi
consuetudine, majoris operis vnam coniunxerint. De tri-
bus dicendi generibus, de quibus ab aliis copiosius fere tra-
ditur, ad extremum paucis, per Appendix accessionem ex-
ponitur, quasi de re parum utilitatis habente, et inani voca-
bilorum strepitu memoriam exercente. Habet ipse liber,
quod ex priori existinari potest, vnum enim, ut est apud
Terentium, qui norit, utrumque nouerit, descriptionem
aptam et diligenter, perspicuitatemque ad docendum et
placendum multum valituran. Continet admonitiones ob-
servationesque, cum in scriptores priscos, quorum verba ci-
tantur, tum de sententiis doctorum, Heineccii quidem in
libro, quem *Fundamenta Stili cultioris* inscripsit, a vero sae-
pius aberrantibus, aliorumque magni quoque nominis et de re
literaria praecellare meritorum. Hic nobis V. Cl. non dici-
mus malevolentia, sed severitate quadam arguta, aliter
quam ipsi sensissent, et quam vacuus cupiditate animus le-
ctoris intelligat, accipere visus est. Hinc quae strictius illi
et ad certorum tantum locorum intelligentiam angustius su-
mi

qui vellent, ad alienam sententiam, latius et diffusius accepta, calumniose detorquet. Hinc populari notione ab oratoribus, Cicerone, aliisque prolata, vituperandi causam quaerens, ad subtilitatem philosophicam reuocat. Nec tamen singulorum quae diximus, exempla memorabimus, nec morem Viri Cel. multum exagitabimus; scimus, haec quoque excusationem habere et ad aquenda hominum, accuratae doctrinas laudem appetentium, ingenia valere posse. Sed ne cui vana crimina obiecisse videamur, quaedam saltem, quae memoriae adhuc recenti inhaerent, ponemus. Eo loco, quo de *rebus vocabulorum usu* traditur, negatur v. c. aliquanto esse explicandum per *longe*; esse autem semper medium inter *paullo* et *longe*. Quod est verum, si origo spectetur. Sed consuetudine multae voces efficaciores sunt, quam origine sua; in explicando autem hoc verbo vtendum est breuitatis causa, et ne vulgatis error Lexicorum triobolarium propagetur, in quibus iis vocabulis redditur quae *pauli* vel *parum* significant. Vid. omnino Ernesti ad Sueton. Caes. 86. Hunc enim maxime petit, *Denique*, scribitur, male explicari a Graeuio (cf. et Ernesti ad Tacit. Ann. I. 28.) per *ut paucis dicam*. Atqui hoc aliter fieri non potest; sed contextus est consulendus. *Hoc est ad fructum uberrimum*, non valere *hic est fructus uberrimus*, (quas nos ita interpretemur: hac ex re capit^{ur} fructus uberrimus, *hier ist der reichlichste Nutzen anzutreffen*), sed, hoc officit fructum uberrimum, quod nec satis Latinum; nos melius dixerimus *hoc habet fr. v.* Ibidem *caput* pro *homine* dici, praeterquam in formula *lepidum caput*, negatur. Quomodo igitur Aeneas apud Virgil. Aen. 4, 354. Iulum filium, *corram caput* appellat, tantumne *caput* respiciens? Quid quod non tantum pro hominum, sed et pro pecudum corporibus *caput* dicitur, ut in libris Iuriconsultorum veterum, *vbi greges ducentorum capitum* memorantur. Alia apud poetam, *per caput hoc iuro*: *haec capiti insulca*: *caput obiit*

peri-

periculis, nonne ad totam personam referuntur? Nec *vifus* istorum est poeticus, sed solitae orationis scriptoribus communis. Ibidem p. 43. *Male* ait Caesar B.C. I, 65. *Quos ubi Afranius procul vifos conspexit*, pro: *procul conspexit*. At nobis hoc participium non videbatur superfluum. Nam *procul vifi*, sunt e longinquo *oculis oblati*; *conspicere* est *intensius considerare*. Sic prorsus, ut postea vidimus, accepit Clarkius, cui accedit Oudendorpius. Item reprehenduntur qui *aetatem* per *adolescentiam* explicant; at in multorum locorum explicatione hoc vocabulo vtendum est, nec tametsi hinc sequi debet haec esse Synonyma. *Segnis* ducitur ab Graeco *σων*, (melius *σωνεός*,) in quibus parum est conuenientiae. Quidni potius ab *se*, et *agere*, quasi *semotus* ab agendo. Alicubi nonnulla, ait, ad elegantiam referri, quae per naturam aliter dici non possunt: v. c. *se ipse interfecit*; bene. Sed et *se ipsum* dici certa lege potest, si sit in oppositione alius, ab eodem interemti. Veluti si quis gladiatorem vel militem, qui alios occidisset, se ipsum quoque interfecisse dicatur. Cf. Oudendorpius, et quos is laudet, ad Caef. B. G. 2, 25. *Porta, errare humanum est*, et *errare hominis est*, eadem esse non possunt. Nam hoc hanc vim habeat: errare hominem decet. Hinc in fine praefationis pa- rum apte dictum, meminerint lectores, errare humanum esse, humanius, errantem in viam amice ducere, (comiter me- lius cum Ennio dixerimus,) acumen quidem refert, sed confusis vitii virtusisque notionibus, admodum fractum et retusum. Caeterum, qui maiori operi lauent, hanc etiam repetitam operam comprobent necesse est. In illud Ruhnkenii, Viri Celeberrimi, observationes sibi missas ait Auctor, quibus ad haec expolienda, non sine grata mente *vifus* sit, sic enim in emendandis pro *vifis* legi subet; quasi *carmi* *vifum* in aliud tempus differat.

CAII

MENSIS IULIUS A. MDCCCLXXVI. 317
CAII PLINII SECUNDI NATURALIS HISTO-
RIAE, cum interpretatione et notis insegris Joh. Harduini, item
que cum Commentariis et Adnotationibus Hermolai Barba-
ri, Pintiani, Salmati, Is. Vossii, I. Fr. Gronouii, et vario-
rum, VOLVMEN SESVNDVM: recensuit, varia-
tenique lectionis adiecit, IOH. GEORG. FRID.

FRANZIVS.

Lipsiae, impensis Guilielmi Gottlob Sommeri A. C.

MDCCCLXXXIX. pag. 788. in 8.

Quum nuper tres priores libros historiae Plinianae lucem
videre fuissest Vir experientissimus, qui Plinius
Harduini cum editione Gronouii ita coniungendum combi-
nandumque curat, ut Harduini editio repetatur, numero
capitum editionis Gronouii vncis inclusa, varietatibusque
Gronouii textui subiectis: haud diu emtores amatoresque
Plinii moratus est; dum alterum Volumen emitteret, quod
in repeteendo volumine crassiori, festinandum arbitraretur,
ne improuisa citius obreperet senectus, multorumque Plinii
emendi atque legendi cupiditas, mora temporis fracta,
consim senesceret. Idem vero praestitisse videtur Editor
diligentissimus in hoc altero volumine recentendo, quod eum
praestitisse in priore volume non ignorant qui hac editio-
ne vtuntur, qua quidem Plinius, si emendatam lectionem,
vsumque cum philologicum, tum historicum, spectes, nihil
plarie lucratus est, lectorum tamen commoditati maxime
consultum videtur. Praemissa est huic volumini lectio prima

dē Plinii patria, nec non altera de fide et auctoritate Plinii, quae utraque a *Paulo Cigalino*, Nouocometensi Ticinenis Gymnasi publico et primario Professore Medicinae, habita, in editionis Gronouianaē primo volumine reperiuntur. In priori, testum auctoritate, monumentorum inscriptio-
numque fide, non Veronense, sed Nouocomensis ciuem esse habendum, fusiū demonstratur: de fide et auctoritate Plinii, in altera lectione ita disseritur, ut Plinius defendatur ab eo crimine, quo omnia ex Diſcoride transcripsisse arguitur. Cum enim Plinius et Diſcorides inter se conueniant et rebus et verbis, ac neuter alterum nominet, Diſcorides vero sub Antonio et Cleopatra florens, Plinium ~~rectate~~
longe antecedat: ex Diſcoride Plinium pleraque in suam historiam translatisse, fuere qui criminī darent Plinio. Hunc igitur defendit Cigalinus sic, ut eius integritatem laudet, cum auctores, quibus saepius opus debet Plinius, vel obser-
tes Diſcoride, nominauerit, ut Plinium multa, quae in Diſcoride legantur, vel plane praeterisse, vel alia ratione tra-
didiſſe demonstreret; furti denique culpam in Diſcoridem
decidere, qui nusquam quicquam se ex aliis sumisse profi-
teatur, ne vnum quidem materiae medicae scriptorem no-
minet, ostendat. At nec opus esse videtur, ut quae Paulus
Cigalinus pro defendenda fide atque auctoritate Plinii disser-
tuit repeatamus: cum sati suam ipse causam ageret Plinius in
praefatione ad Vespasianum, nec iis, qui Plinii lectione, hi-
storiae naturalis cognoscendas causa, vel etiam temporis
non sine fructu fallendi gratia, delectantur, ista ignota atque
obscura repellantur.

Continetur vero hoc Volumine tres libri, a quarto ad
textum, quos descriptionem situs regionum, montium, flumi-
num, urbiumque complecti constat, et maxima pars nota-
tum debetur Harduino, qui nomina propria locorum ex Pau-
fa-

fanja, Sarabone, Mela, aliisque explicat atque illustrat. Plinius occurrunt notae Pintiani, de vera lectione constituta solliciti, et Dalecampii, maximam partem historicae. Gronouiana editio in his tribus libris Plinii, cum lectione quam secutus est Harduinus, sere ubique consentit, si excipias ea loca, quae Harduinus vel manuscriptorum ope, vel ex ingenio suo emendauit. Sic, uno modo ut exemplo utamur, cum Plinius Libro V. c. 16. ed. Hard. et c. 18. ed. Gronouii, differit de Decapolita regione qua vergit in Coele-Syriam, et Libanum montem, non omnes eadem de his opidis obseruare scribit, addens: *Plurimi tamen Damascum et Opoton, rigua annae Chrysorrhoea fertilem, quam vulgatam le-*
lioque sequitur Gronouius, et sic quoque in optimis Co-
dicibus legitur. At oppidum, quod Opoton nominetur, in ista regione non reperiri, tam montis Salmasius ad c. 36. Solini, atque sic emendare conatus est: *Damascum epoton rigu-*
ris ex omne Chrysorrhoea fertilem. Heud tamen probabile est, Plinium vix esse voce Graeca ἡγετηρ, atque hoc epitheton sine interpretatione adiecisse urbi Damasco longe celestissimae. Hinc Harduinus recepit Isaaci Vossii coniectu-
rain, quam in Observationibus ad P. Melae librum I. c. 7.
p. 582. edit. Grohouii propositit, atque Plinium scribere iussit:
Damascum ex epoto riguis annae Chrysorrhoea fertilem. Ri-
guas vero sunt Plinio ὥχεσθαι, vel aquae ipsae rigantes. Fer-
tilitatem igitur tribuit Plinius Dainasco, quia per rigua, per
canales, atque riuos, totum epotet (exhauriat) amneum Chry-
soorrhoeam. Id certe dicere voluisse Plinium nobis persu-
sum est, quamvis malimus legi *Damascum ex epato riguas*
anne Chrysorrhoea ac fertilem. Facile enim ac potuit exci-
dere ob fine vocis antecedentis; vox tamen *epatus*, quan-
tum nos quidem videmus, poetico scribendi generi magis
conuepire videtur, quam historico. At nihil est quod his
longius atque diutius imponeatur, cum sufficiat hoc unum
Qq 2

dixisse, Franzium V. d. haud inutili labore fascepisse in repetenda et coniungenda editione Harduini et Gronouii, laudandumque eius esse sedulitatem atque industriaem de fide enim atque diligentia editoris nonnisi iudicare et certi quid dicere poterunt it, quibus utraeque editiones principes ad manus sunt, et quibus vacat operaueque pretrum esse videtur utrasque eum hac Franziana editione comparare. Libro V. sub finem c. 15. pro planetorum legendum est planetorum: ut alia silentio praeteriremus.

A handlung über das Wesen und die Einschränkungen der Kräfte etc.

DE NATURA VIRIVM, EARVMQUE FINITIMIS,
dissertatio AVGUSTI WILHELMI REHBERG,
præmio Soc. Scientiarum Berolinensis proxima.

Lipsiæ, apud Weygandium, 1779. in 8.

Metaphysicam virium Theoriam inexplicabilibus difficultatibus inuolut communis de corpore, et usque extensione, conceptus. Dux nimirum in contemplatione mutationum a motu corporum pendentium, in quarum rationes ultimas inquisiuere Metaphysici, vel non solleite sat discernerent apparentiam ab eo, quod reapse esset, vel plane etiam, quod frequentissime maximo scientiarum

Tantio evenit, confunderent; præcluserent utique aditum ad sublimem illam Philo sophiam, quam diuinum Leibnitii ingenium sero tandem reclusit. Sensuum profecto Philosophia in hoc capite sterilis admodum est et ieuna, monstrat parit horrenda, quæ, dum in lucem protrahuntur, prorsus evanescunt. Tale fuit spectrum forma substantiae ante Leibnitium, quam apte composuerat Scholastici ex vi Substrato cuidam infusa. Quodsi etenim, ad quam rerum classem talem Substratum, quod esset quaedam quasi pars substantiae, pertineret, quae siueris; oppido apparberet, solam phantasiam ratione prorsus immota incasuum lusisse. Substratum nimirum, (sustentaculum Lockio est,) antequam vi iungeretur, frustra et absurdè substantia habetur, quos sum alioquin virtutum infuso? Sed nec in accidentium numero esse potest, nisi forte substantias ex compositione numerorum accidentium, quod neim unquam afferuit, oriri statuas. Qui hanc de substantiis notionem ad Philosophiam quam dicuat corporeularum transulerunt, nihil egere aliquid, quam ut errorum pingue in nube in agrum metaphysicum effundentes. Nec corpora, nec eorum extensio id sunt, quod esse videntur, immo motus ipse phenomenon est, et massam corporum si a viribus eorum distinctam dixeris, satis utique probas; quid valeat imperium introductorum in Philosophiam, monadum dominantium, te non satis intelligere.

Deseruit acutissimus Rehbergius antiquiorum Cosmologorum dei substantiarum primitiva placita, iunctaque se Leibnitio, cuius Philosophemata, soluturus questionem ab illustri Academia Berolinensi propositam, ita explanauit, ut suum, si viveret Philosophus, calculum ei aegre denegaret. Dabunt nobis fidem rerum harum intelligentes, si tractatum Rehbergianum cum Cosmologia Leibnitiana conferre

libuerit. Agedum, faciamus ipsi eius rei aliquale periculum. Postquam auctor clarissimus, relicto interphaenomena motu, mutationes omnes substantiarum in representationibus inter se connexis positas esse docuit; fontem modificationum omnium, quae substantiis accident, non in vi mouendi, sed in vi representandi positam esse, iudicis argumentis comprobatum dedit. Haec sola omnis in uniuerso vitae unica origo est, infinita etiam in omni substantia finita licet et limitata, quod numerum ens infinitum, a quo uniuersa virium harmonia profluxit, extra se nihil quod infinitum non esset producere possit. Quod adtinet ad representationes monadum limitatas, quae praebere nonnullis firmum argumentum adstruendae vis essentialiter limitatae videntur, acute monet Auctor, hos gradus non esse a Deo substantiis immisos, pendere potius ab eorum coniunctione, vi cuius substantia substantiam proximam, seu remotam etiam, stringit, stringendoque limitat; imo vel ex talibus limitationibus, quoniam ad maiores coattinuo perfectiones tendunt, non inepit virium substantialium infinitatem collegisse videatur. Fruska aduersus hanc doctrinam urgetur, concipi non posse modum a ipse rationem, qua monadum representationes in formam motus modificationes, quis enim si motus non sit phaenomenon, unquam docuit modum et rationem excitati in corpore motus? Solet vulgo substantiarum a Deo dependentia ad vim creandi referri, quam infinitam dicunt potentiam, et sufficientem conferendae existentiae substantias. Auctor auctor hanc falso in numero perfectionum diuinorum habeti confidenter contendit; nec potuit aliter, salvis philosophandi legibus, quibus omnem substantiam, finita sit, seu etiam infinita, unicam, eamque representandi vim habere, quin hanc ipsam vim substantiam esse assertuit.

Sed

Sed cauendum, ne scribamus Rehbergio dicam: non negat vim creandi, sed negat vim creandi aliam esse a vi reptaesentativa Dei, multusque est in eo, ut asperitatem huius asserti emolliat. Atque hoc Philosophiae Leibnitianae caput grauissimos semper habuit aduersarios, quorum quidem argumenta si per se considerentur, in assensu quasi rapiunt, sed collata cum notionibus Leibnitii primis languageantur, et lectores in biuio destituant. Spinoza profecto utrinque sunt omnia, ac nescimus an confidenter ostendi possit, qua parte maxima difficultates obviae sint. Nostrum vero partium nunc non est, cum vulnus dubiorum augere, quod quius ex se facile potest; ingene tamen fatemur, profundissimum Rehbergium singulari acuminis ac dexteritate in dissoluendis nodis versatum fuisse, quamvis, si quid iudicando valemus, rem totam consecisse non videtur. Ac primo quidem difficultatem ex dependentia rerum successivarum ab ideo in intellectu divino desuntam, desperato planis medio tollit. Quodsi etenim ideae divinae nullis mutationibus obnoxiae sint, plane omnis ratio existentiae rerum tollitur, nec est amplius unde successio eventuum et substantiarum concipi perfecte possit, quin potius videtur, simul existare debere omnia, quae facta successiva rerum evolutione in mundo ad actuam perducuntur. Sed admissis scilicet mutationibus idearum intellectu divino comprehensarum, primum est ad concludendum, nihil praevide Deum, ipsamque adeo praevisionem non nisi per errorum et praecipitiam inter attributa divina referri. Nititur enim praevisio quaevis, dum ex praesenti statu et conditione, quae futura olim sint, colligit, defectu cognitionis distinctae totius mundi; quonobrem etiam, cum ideae divinae perfectissime res exprimant, eas utique praesentia duntaxat, futura contra non cernere afferit, atque, ~~quamvis~~ timide aliquantum, contendit, solius substantiae finitae

tac intelligentis perfectionem quandam intellectus in prae-
sione positam esse. Videlicet vero celeberrimus auctor diffi-
cilia soluta argumentera, quibus suum systema premitur,
quod nimurum viam videatur ponere ad Spinozismum,
qui ex eius sententia non ita religioni inimicus est, ut
conciliari cum eadem nequeat. Verum tamen feliciter et
satis ut videtur commode, ex his tortuosis anfractibus elucta-
tus est, dum partim solide docet, Deum pullo modo caput et
initium esse substantiarum, quod videlicet in serie existens,
ita iungeretur, ut finitae substantiae finitis aliis iunguntur,
partim etiam iuuicibus argumentis hypothesis Spinozae
euertit, ostendendo, essentiam infinitam non esse summam,
suum complexum rerum omnium existentiam. Fieri eni-
non posse putat, ut ideae animarum nostrarum habeantur
pro substantiis, nec etiam conscientia nostra criterium est
idearum ad nos pertinens, cum singulis momentis inef-
fabilis obscurarum idearum numerus mentem nostram exer-
ceat. Iam autem, secundum demonstrata Leibnitiana, in
numero harum representationum sunt quoque ideae rerum
existentium omnium, tobusque adeo vniuersi; quaevis
ergo anima, quaevis etiam monas, substantia est, non nuda
infinitae substantiae modificatio. Certe, si de ultimis Phi-
losophiae nostrae principiis meditamur, necesse est, ut vel
sequamur Leibnizium, vel transferamus in casta Spino-
zae. Atque hoc, de rei veritate conuicti dicimus, certo-
que confidimus fore, ut lecturi tractatum Rhebergianum
cum debita attentione mentis, iustum roboscum preium
Philosophiae Leibnitianae statuere discant.

MENSIS IULIUS A MDCCCLXXVI. 328

ABU NASRI ISMAELIS EBNI HAMMAD AL.
Gieuhari Farabienis, Purioris sermonis Arabici Thesaurus
sive Lexicon Arabicum. Particula I. E Codd. Mj. summa
fide edidit, ac veriose latina i struxit, EVERARDVS
SCHEIDIVS.

Traiecti ad Rhēn. ap. Abrah. van Paddenborg, pp. 179.
praeter Praefat. et all. 4. mai.

Nuper admodum in manus nostras peruenit egregius
hic liber, multorum desiderii iam dudum expetitus,
edi quidem coepitus a. 1774. sed tot impedimentis retarda-
tus, ut post plures annos definitum abselutus prodiret, haud
ille quidem omnia ista desideria expletatus, sed spem ta-
men explendorum ostensurus haud paullo certiore: Sci-
licet constabat inter omnes, quibus litterae Orientis curae
sunt, existisse olim inter Arabes Grammaticos egregie do-
ctos, qui, quod superiori seculo Italiae et Francogalliae ab
Academiis suis praestitum est, Lexicis vernaculis cohicien-
dis, idein iam tum praestanter sermonis sive, inter illos vero iure
cenferi etiam *Gieuharium* (*), auctorem Lexici Arabici
جیهاری inscripti, secundo X. p. C. n. celeberris-
mum, gente quidem Tercam, Farabiae, quae nunc Otrar
est, natum, sed Arabum litteris ita innutritum, et in eorum
lingua adeo versatum ut ipsi etiam non dubitarent *لسان المأمون*,
linguae magistrum, appellare. Nec minus cognitum erai
hoc opus *Gieuharii* superesse integrum in bibliothecis no-
stris,

*) Tū placuit semper per G, impositis lineola, exprimere

Rr

stris, atque adeo *Golius Lexici* sui maximam partem ex illo
vincie hausisse, ideinque perpetuis virorum doctorum, qui
illud usu cognitum habuissent, laudibus celebratum nosce-
batur. Sed ex quo *Golius opus* ipsum edidarat, CXX, amplius,
effluxerant anni, et tamen *G'euaharius* in bibliothecis abditus latebat. Tandem vero, magno litterarum
arabicarum commodo, existit Cl. Scheidius, Prof. Harder-
wicensis, qui, summo has litteras iuuandi studio ductus
coassilium caperet utrissimum huius operis edendi, ut compa-
paratis variis praesidiis, initium faceret haec particula, tan-
quam integri operis prolusione, in lucem proferenda. Ita-
que, ut, quanta commoda ex integro opere, ubi editum
fuerit, ad has litteras redundatura sint, eoduci possit, quia
in hac eius parte, insit, age, breuiter enarreremus.

Habemus igitur hic partem operis *G'euaharii* ambo, magna cum diligentia, expressam, sive versionem latineam
appositam, quam, ut Cl. Editoris ipsis verbis utitur, re-
diori Minerua, in tironum fere usus, confecit. Sed con-
texta oratio *G'*, edita est e duobus Codd. Ms. quos Schei-
dius ipse habet, et in praestatione totius operis accurate de-
scripturus est, altero vetustiori, altero elegantiis scripto,
quibuscum etiam, maxime cum inter se dissident, lib-
brum Ms. biblioth. Leidenis comparauit. Scilicet, ne-
plane eadem habent duo illi libri, quorum alter interdum
auctior altero reperitur, nec semper eodem modo singula
exhibeat; itaque iudicio critico opus erat in vera lectio-
nem constituenda, quo non dubitamus, quin Cl. Scheidius, quae
est viri subtilitas, recte et caute usus sit: nam varietatem
lectio-
nis, iudiciique sui causas in hoc quasi Prodomo (ita
quidem eius consilium nos interpretamur) ostendere noluit.
Videtur autem, de quo lectorem ipse non admonuit, aut
terque eius Codex, aut alteruter certe, glossatoris manu
hic

hic inde expertus fuisse; nam p. 88. ubi *G'*. prouocat ad locum aliquem poetæ, quem semper κατ' ἐγχών appellat *الْأَحْجَنْ* *Lyricum*, s. *Rhythmicum*, nomine non addito, ibi ergo duplex eius nomen adiectum reperitur sic: *Abu Muhammed al Fakasi*, qui idem *Abdollah ebn Ribii* vocatur, quod glossema Editor ipse vicinis videtur damnasse.

Iam Lexicon ipsum *G'*. sic adornatum est: Copiam verborum omnium, ut par erat, per radices, quas dicimus, descripsit, sed alio ordine radicum, quam qui vulgo in lexicis regnat; quam diuersitatem etiam *Golius* in Praef. Lex. attigerat, non autem dixerat quabis esset. Scilicet, habita vltimae cuiusque radicis litterae ratione, primum in unum locum congerit verba omnia, quae in Elif hamzatum desinunt, tum eodem modo, quae in Be, quae in Te terminantur, atque ita porro, adeo ut pro numero elementorum XXVIII capitibus totum opus complectatur: sed singula capita denro in XXVIII sectiones minorer dispescit, prout v. c. primi capituli verba hamzata, ab ل, ب, ت, ش, etc. incipiunt. Hunc ordinem operis, nouum sane, et, ut videtur, ad rationes grammaticas pertinet, postquam ipse *G'*. brevi atinendum praefatione descripsit, qua simili, quibus e fontibus sua hauserit, ostendit, omnes vero se linguae diuitias exhaustissime mode-
ste negat, tum statim ad Cap. I: de hamzatis verbis
(بِابُ الْهَمْزَةِ) (بابُ الْهَمْزَةِ) progreditur. Hoc caput non integrum a

C. Scheidio hac prolusione exhibetur, sed definit p. 178. in radix, quae est vltima Sect. XXI. In singulis autem radibus sic versatur, ut superscripto verbo ipsi subiectat omnia eius coniugata et deriuata, quot quidem ei innotuerint, addito aliquo pronomino, nomine, particula, alioue, ex

Ex quo modus verborum cum aliis imaginoribus apparent, atque ea quidem sic ponit simpliciter et nude, quando usus eorum satis frequens est, sensuque cognitus, sed aliis verbis synonymis aut circumlocutionibus explicat, cum infrequentioris suarum usus, aut sensum e ceterorum vicinia contrahunt peculiarem. Haec verba promiscue et sine ordine posita esse, questus erat *Golius*. Et sane si ordinem quiesceras eum, qui pro ratione originis grammaticae verba disposita habeat, nullus est: at, in plerisque certe, reperimus longe utiliorem ordinem seruatam, ita ut verba se exciperent pro ratione significacionis a primo quasi fonte ad alias aliasque partes passationis declaratae. Iam veras verborum significaciones, verosque sensus tradici, vel inde quisque poterat confidere, quod diu collectam operis materiali varie multaque lectiones auctam et inaltis Arebum genuinorum colloquiis (الحوار) expeditam fuisse, G. docuerat: sed tamen, ne dubium lectorem relinquat, semper in verbis rarioribus aut difficultioribus, nec minus in omni fere observatione grammatica probatissimorum quoruimque auctorum exemplo aut praecepto se tuetur. Provocat autem saepissime ad clarissimos illos seculis II et III Hegrae Grammaticos, *Ab Chalil*, *Abu-Anru*, qui et *Sibouiah* cognominatur, *Abuzeid*, *Atsmai*, *Pherrai*, *Ahmar*, *Ebn-Offikith*, *Abu-Obeida*, aliosque, quorum ipsa praecpta saepe transcribit; sed etiam, quae ipse inter legendum annoverat, exempla, ex scriptoribus bene multis apparet, ita ut interdum longiores *frases* poetarum aliorumque auctorum exhibeat. Sed pleraque ex Corano, ex Apophthegmatibus Mohammedis sociorumque anecdatis, (الحدیث, traditiones), ex carminibus *al-Fakafi*, quem supra docuimus *الخنزير* appellari, et alias poetas, *Abu ebn-Kamüyah* (vid. p. 176.) quem pariter per excellentiam *شاعر* (poetam epicum) vocat,

tum

tum ex aliis poetis, oratoribus, historicis, grammaticis, medicis plus quam L, confirmat; horum plerisque *Herbelotus* ignorat: neque tanten nomina adscribere vsum est, quia praeter nomina vix quidquam ex hac eorum commemoratione intelleximus, plura fortasse olim, integro opere edito, cognoscent viri harum litterarum satis periti, quibus aditus ad bibliothecas patet vario genere librorum arab. Mis referatas. Ceterum nostro non sufficit, vsum verborum probum et suum docuisse exemplisque firmare: sed idem. etiam haud raro vitiosum vsum reprehendit, verba male vulgo saeunctata norat, dialectorum, imprimitis Hegazensis, (quae tum deterior erat lemanica, s. Koreischitica, nunc, teste Niebuhrio omnium per Arabiam optima reperitur) discrepantiam commemorat, grammaticas verborum rationes, formarum origines et caussas, litterarum gut vocalium mutationes saepe subtiliter explicat, similium verborum discrimina, variumque pro varia scribendi aut enunciandi ratione, sensim luculentter ostendit. Haec fere bona libri reportamus, quantum ad grammaticam Lexici rationem; sed eorum specimena dabimus, cum exemplis studebimus ostendere, quorū illae copiae grammaticae nobis profuturæ sunt.

Scilicet, cum pleraque omnia ex G. in suum opus transstulerit *Gösser*, præcipua utilitas in eo erit, ut pro riuulis fontem ipsum adire possumus, vt *Golianus* G'euhanianis confirmari videamus, nec minus vt illa ex his suppleamus, emendemus, illustremus, atque adeo intelligere discamus. Primum igitur sunt quaedam in G'. quae *Golianus* non habet; ea plerumque *Scheidius* signo aliquo apposito notauit; sed tanten et alia reperimus ab eo non notata, quorum indicem hic exhibuimus. In rad. أجا apud *Gol.* deest ^{بـ}جـ جـون Agaensis, nomen gentilitium a monte Aga ductum;

E rad. حَمَّ vnum nomen habet solum, sed sub v. حَمَّاً cum i quiesc. Quae sequuntur, duae radices plane desiderantur: حَمَّاً c. a. عَلِيٌّ p., Inf. حَمَّاً, molestus, diffcilis alicui fuit. حَمَّاً c. t. a. r. Inf. حَمَّاً, constrinxit nondum. In rad. حَمَّاً, ubi nomen sectae posuit مُرْجِيَّةً. debebat etiam adscribere nomen sing. مُرْجِيَّةً, Murgius, (quod etiam مُرْجِيَّةً sine hamza effertur) et gentilium مُرْجِيَّةً سَمَبَاطَةً سَمَبَاطَةً margiensis. Sic in rad. سَبَّا praetermisit سَبَّا سَبَّا baitae, vna ex sectis minoribus Golatarum (غَلَّات), qui haeretici a Sunnitis habentur, originem ducens ab Abdalla eba Saba. Rursus desiderantur صَنْعَةً c. c. لِ r. Inf. صَنْعَةً, i. q. صَنْعَةً, operam dare alicui rei; et قَيْمَانُ ex dialecto vulgaris pro قَبْلَهُ edit bibtque. Porro in r. بَرْأَةً nomen scriptis quidem sic sine hamza, vt etiam apud G'. est, sed debebat amplius annotare, nomen sic scriptum deriuari etiam بَرْأَةً puluis, quod G'. ex Pherrao refert; et rad. بَرْأَةً non debebat ad بَهَّا vel بَهَّي referre, cum G. diserto utrumque distinxerit: nain بَهَّا vlt. quiesc. est; splendere, vt recte Golius, sed بَهَّا c. c. بِ p. affuescere alicui, hinc بَهَّا de camela manifestatio, quod Gol. habet, et بَهَّا لَوْ non attendi ei. Praeter haec Cl. Scheidius p. 31. quaedam e rad. حَمَّاً et p. 101. in rad. حَمَّاً speciem 13. حَمَّاً peculiari significatione, notauit in Golio desse; sed illa totidem fere litteris, haec ad

ad speciem 4. *لِيْل* relata, in eius Lericō legebantur. Sed etiam, ut verum dicamus, ex altera parte *Gol.* quaedam ex *G.* enotauit, quae in hac eius particula, vbi quaerendā es- sent, non vidimus; ex quo proclives sumus ad excusan- dūm *Gol.* qui alia praeternisferit, quod fortasse Codice usus fuit, modo locupletiori, modo indigentiori, quam quoq; *Scheidias* noster tractauit; quae quidem coniectura inde fir- matur, quod ipsi libri *Scheidiani* non ubique consentiunt.

Sed haud scimus an hoc excusatī queat, quod *Gol.* cum Lexicon suum veller copiosissimum edere, quae a *G.* ceterisque Lexicographis tradita reperiſſerit de vario verborum sensu et usu, statim omnia inter significaciones verborum re- tulit. non additis formalium exemplis, e quibus cognosci posset, sintne illae significaciones, quae vere dicantur, an translationes verborum rei subiectae natura et caeterorum verborum coniunctione natae? Haud quidem reprehendi- mus, quod exempla cum locis scriptorum non apposuit, erat enim hoc ab eius consilio alienum: sed debebat tamen breuiter formulas loquendi commeniorare, in quibus verba sic, ut ab eo redditā sunt, occurrunt; saltem discerpere ubi que ipse debuerat, num verbum ipsum per se id significet, quod scripturus esset, an aliunde hunc usum adimitat: ita ille sibi cuiuslibet a vita, quod per totum opus dominatur, vni verbo tot tamque diuersas significaciones tribuendi, ut non videamus, quomodo homines, quibus mens sana et larga verborum fuerit copia, uno verbo tam multiplici ra- tione uti, aut alios ita usos intelligere potuerint. In ip- hoc genere inprinjis prodigi, integra *G.* pracepta legere, quae iste male excerpserat, atque inde significaciones verborum recte constitutas a vario eorum usu et sensu distingue- ret. Sic cum *Gol.* scribit: *لَبِيْل* tardus fuit, *لَسِيْل* tardum et segne habuit iumentum, apparent ex *G.* alteram non esse

E rad. حَبَّ vnum nomen habet solum, sed sub v. حَبَّاً
 cum i quiesc. Quae sequuntur, duae radices plane deside-
 rantur: حَمَّاً c. a. عَلِيٌّ p., Inf. حَمَّاً, molestus, diffi-
 cilis alicui fuit. حَرَّاً c. a. r. Inf. حَرَّاً, constrinxit no-
 dum. In rad. حَجَّ, ubi nomen sediae posuit حَجَّةُ الْمَرْجَدَةِ.
 debebat etiam adscribere nomen sing. صَرْجِيٌّ Murgius,
 (quod etiam صَرْجِيٌّ sine hamza effertur) et gentilium صَرْجِيٌّ
 margiensis. Sic in rad. سَبَّا praetermisit سَبَّا سَبَّايةُ Sa-
 baitae, vna ex sectis minoribus Golatarum (غَلَّا), qui ha-
 retici a Sunnitis habentur, originem ducens ab Abdalla ebn
 Saba. Rursus desiderantur صَنَّا c. c. لِرِ Inf. صَنَّا, i. q.
 صَنَّا, operam dare alicui rei; et قَبَّا Inf. قَبَّا, ex dialecto
 vulgari pro قَبَّابٍ, edit bibitque. Porro in r. بِرَّا nomen
 بِرَّا scriptum quidem sic sine hamza, vt etiam apud G'. est, sed
 debebat amplius annotare, nomen sic scriptum deriuari etiam a
 بِرَّا paluis, quod G'. ex Pherrao refert; et rad. بِهَأْ,
 non debebat ad بِهَأْ vel بِهَيْ referre, cum G. diserto
 utrumque distinxerit: nain بِهَأْ vlt. quiesc. est;
 splendere, vt recte Golias, sed بِهَأْ c. a. بِهَأْ p.
 affluescere alicui, hinc بِهَأْ de camela manifestata,
 quod Gol. habet, et لَهَأْ بِهَأْ لَهَأْ non attendi si.
 Praeter haec Cl. Scheidius p. 31. quaedam e rad. حِيَّا et p.
 101. in rad. حِفَّا speciem[3]. حِفَّا peculiari significatione,
 notauit in Golio deesse; sed illa totidem fere litteris, haec
 ad

ad speciem 4. scilicet relata, in eius Lexico legebantur. Sed etiam, ut verum dicamus, ex altera parte *Gol.* quaedam ex *G.* enotauit, quae in hac eius particula, vbi querenda es-
tent, non vidimus; ex quo proclives sumus ad excusan-
dum *Gol.* qui alia praetermisserit, quod fortasse Codice us
fuit, modo locupletiori, modo indigentiori, quam quod
Scheidius noster tractauit; quae quidem coniectura inde fir-
matur, quod ipsi libri *Scheidiani* non ubique consentiunt.

Sed haud scimus an hoc excusat queat, quod *Gol.*
cum Lexicon suum vellet copiosissimum edere, quae a *G.*
ceteris que Lexicographis tradita reperiisset de vario verborum
sensu et usu, statim omnia inter significaciones verborum re-
tulit. non additis formularum exemplis, e quibus cognosci
posset, sintne illae significaciones, quae vere dicantur, an
translationes verborum e rei subiectae natura et caeterorum
verborum coniunctione natae? Haud quidem reprehendim-
mus, quod exempla cum locis scriptorum non apposuit;
erat enim hoc ab eius consilio alienum: sed debebat tamen
breuiter formulas loquendi commeniorare, in quibus verba
sic, ut ab eo redditia sunt, occurrunt; saltem discerpere vbi
que ipse debuerat, num verbum ipsum per se id significet,
quod scripturus esset, an aliunde hunc usum adimitat: ita
ille sibi causas a via, quod per totum opus dominatur,
vni verbo tot tamque diuersas significaciones tribuendi, ut
non videamus, quomodo homines, quibus mens sana et
larga verborum fuerit copia, uno verbo tam multiplici ra-
tione vti, aut alios ita usos intelligere potuerint. In hoc ip-
hoc genere in primis prodigt, integra *G.* pracepta legere,
quae iste male excerpterat, atque inde significaciones verbo-
rum recte constitutas a vario eorum usu et sensu distingue-
re. Sic cum *Gol.* scribit: ط tardus fuit, etiam tardum
et segne habuit iumentum, appareat ex *G.* alteram non esse

nouam significationem; laudat enim haec ex Abu Zeid:
 بَطَاطَةُ الْغَوْنَى (tardum fuit, tarde profectum est agmen)
 i. e. iumentis tardis usum est; vnde patet, quam pro significacione
 arripuerit Golius, eam esse tantum Grammatici explicacionem. — Rursus ille sic: بَذَاءُ
 ingratum et inuisum habuit; de loco: pabulo caruit. Quid hoc rei est? Duplex
 ergo significatio verbi, et altera quidem transitiua, altera intransitiua? Nullo modo: sed G. docet, بَذَاءُ significare:

قَدَّاثُ الْأَرْضِ contempsit, inuisum habuit; hinc v. c. dici مَجْشَعٌ contempsit regionem, sc. quod pastu caret, et terram
 بَذَاءَ detestabilem, in qua pascua nulla sint: haberaus
 igitur rursus ex vlo vario verbi significaciones exsculptas. — Plura quis vult exempla? Adsum. جَشَاعٌ Conj. I. commota
 et excitata fuit anima moerore vel terrore; item مُغْرَابٌ Conj. II. et V. rustum emisit; Conj. VIII. non conuenit ei
 regio. Quae portenta significationum in unum locum con-
 gressa! Haec vero omnia id unum verbum vere significare cre-
 damus? At bene habet; una tantum et propria est significa-
 tio eructandi, ad sumunum accedit altera paullo latior تَصْبِيَّا-
 di, cetera omnia translate dicuntur in singulis formulis, ut
 ex G. intelligimus. Nam sic 1) (q. d. di-
 eructat animus) نَهَمْتَ بَعْسِيَ الْيَكَى effert se ani-
 mus nucus aduersus te, aut جَاهَشْتَ effervescit prae trifititia
 et moerore; 2) اَجْتَشَانَى مَالِمَانْ (q. d. eructant
 me regiones) respuunt, resuunt me, itemque اَجْتَشَانَها
 (q. d. eructo eas) improbo, non conueniunt, dispergunt mili-
 tum

جَهَنَّمْ مِنْ بَلَكَ الَّتِي بَلَكَ (eructat se-
 tum 3) geno) i. e. *migrat ex alia in aliam regionem.* — Riserit for-
 te aliquis, aut Arabes olim putauerit satis lepidos fuisse,
 his apud Gol. lectis: سُوֹיْ (20), *Deformis mulier. Ignis, s. po-*
tius Infernus. Poena. Malum. — At bona verba! Audiamus
Geuharium: سُوֹيْ est *malus* in vniuersum; ergo mulier
 sic dicitur, cum *deformis* est. Sed أَلْسُونِي substantiu-
 posatum est *malum* quoduis, in priuis vero *poena*, et in aliquo
 Corani loco XXX, y. *poena*, s. *ignis infernalis*. Verba sunt:
 قُمْ كَانَ عَاقِبَةُ الظَّنِينَ أَسَأْوا أَلْسُونِي
 qui male fecerint, erit *malum*, h. e. *infernus*). — His
 aliisque similibus vitiis animaduersis, facere non potuimus,
 quin denuo optaremus, quod saepius pro nobis ipsi taciti de-
 siderauimus, vt tandem aliquis, peritia dialectorum orientis,
 et analogiae linguarum, iudicioque subtili instructus, Lexi-
 con conderet accurate et docte, in quo, quod in omnibus
 linguis, sed praecipue in orientalibus, est pérquam necessa-
 rium, verae verborum significationes a vario eorum vsu,
 propriae a translatis, frequentiores ab infrequentioribus, di-
 singuarentur sic, vt series omnia et nexus, et quasi genea-
 logia significationum cognosci posset, maxime si graui-
 ma quaeque formulis quibudam breuiter illustrata fuerint;
 quae quidem opera praesentissimo *G'euham* auxilio adiuua-
 bitur, vbi totum opus editum fuerit. Sed vt clarius ostendamus,
 quale sit, quod postulemus, specimen exhibebimus
 talis operae in verbo قُرْ، vbi, quae e *G'euham* sumsumus,
 littera G'. notauimus, quae nusquam reperta necessaria
 conclusione adieciimus ipsi ad seriem supplendam, asterisco (*)
 Ss in.

insigniuimus, quae sine nota aliqua scripsimus, e Golianis,
praeter *G'euharium*, addidimus. Itaque

قُرْنَى antiquitus duplēcē significationē habuit, *

A. statō tempore aliiquid vel facere vel pati, * *quod ad tempora fiderum occasibus, ventis, (etefsis,) pluviis, morbis acutis, partui, maxime vero menstruo mulierum fluxu constinta accommodatur.*

I. Conj. **قُرْنَى** Inf. قُرْنَى, idem.*

Subst. Coll. قُرْنَى, قُرْنَى, 1) in uniuers-

itatem: tempus statum rei; v. c. قُرْنَى التَّسْبِيَّةُ, tempora, quibus Pleiadum occasus pluviā assert, G'. 2) *imprimis de menstruis muliebribus, partim tempus fluxu a natura finitura, f. fluxus ipse, partim tempus inter bina menstrua interiectum & puritas a menstruis. G'.*

Subst. idem, ex vſu 2.

قُرْنَى (ap. Hegazensis قُرْنَى) ex vſu 1. morbus epidemius, qui intra statum dierum numeram incolas regionis afficit. G'.

II. Conj. 1) قُرْنَى — — — — * 2) c. r. a p. (q. d. finere menstrua alicuius mulieris praeterire) per menstrua aliquam explorare num grauida sit, G'.

III. Conj. قَلْمَارٌ — — — —

قَلْمَارٌ Subst. κατέρος, tempus rei statum, G'.

IV. Conj. أَقْرَأْتُ, Intransit. 1) accedere ad tempus, quo aliiquid faciendum sit, idue attigisse. * Sic أَقْرَأْتُ, negotium peragendum accedit, prope est,

est, ut perficiatur, G'. أقربات الريح, ventus flat super tempore, G'. أقربات المطر, sidus pluviam expectatam differt (q. d. accedit, tendit ad tempus pluvialis occasus, sed nondum id attigit.) G'. 2) de mulieribus: attigisse قر, i. e. vel menstruo fluxu laborare, vel ab eo puram esse; et posteriori sensu Achafach vult tantum Conj. I. dici. G'.

^{ستة} مفترض Subst. Foem. ex usu 2. mulier menstruis labrans.

V. Conj. تقر Intransf. 1) — — — * 2)

partui vicinam esse, de camelā. (Hinc adeo secundum quod.

قر 1. Conj. est talem camelam septo includere.)

^{ستة} مفترض Subst. foem. camelā iam paritura.

X. Conj. استقر s. c. a. ex usu 2. Conj. V. de camelō dictum: foeminam praequantem inire cunctatur. G'.

B. legere, i. e. colligere, partes partibus addendo. G'.

I. Conj. Inf. قراءة, قراءة, c. c. a. 1) propr. colligere, conferre in unum locum, v. c. aquam, grana. 2) transl. de camelā: (q. d. iungere veterum foetui) continere vetero foetu vel secundinas G'. (nisi tamen hic usus potius pertinet ad verbum قر) 3) transl. legere, v. c. librum, ملجم, i. e. salutandi formulam etc. item praellegere, c. c. a. r. et على vel acc. pers. G'.

قر vt s. ex usu 3. lectio; quidquid legitur *; in primis homoeoteleton in carmine; Pl. قرآن, carminum genera.

قرآن, Coranus Muhammedis, ex usu 3. vt ipsi Muss 2 ham-

hāmmēdi placet, Cor. LXXV, 17. 18., vel & colligendis Sa-
gis, ex vſu i. secundum Abu-Obeida. G'.

II. Conj. — — — — *

جَرْأَيْنَ، Pl. قَرَائِينَ ex vſu 3. qui egregie legit;
inpr. deditus legendō Corano (et pietatis exercitationi-
bus) G'.

*III. Conj. c. c. g. a. ex vſu 3. praelegere, praelegendo
docere.*

قَارِئٌ Subst. Pl. قَارِئُونَ، Lector, G'. in primis Co-
rani.

*IV. Conj. c. c. a. r. et J p. ex v. 3. iubere legi; le-
gendum dare librum G'. legendam tradere, i. e. scribere sa-
lutem. G'.*

*V. Conj. ex deriu. Conj. II. lectioni sacrae et pietatis
studiis se dare.*

VIII. Conj. ex vſu 3. legere.

IX. Conj. — — — — *

مُقْرِئٌ، * فَوَمٌ مُقْرِئُونَ } qui legitur, legendus.
مُقْرِئٌ فَوَمٌ مُقْرِئُونَ } Fom.

NB. Quod ad Conj. III. Gol. ex Firuzab. adscripsit:
Rediit, retrocessit, Abiit, Abfuit, non apparet quale sit,
nisi quis forte aliquo loco τὸ ἀφέντη ita usurpauit, ut esset:
abire, recedere a fine proposito: quemadmodum supra docui-
mus de fideribus dici, quae tempus pluviale nondum atti-
gerint.

Ceterum, poterunt facile aut similes vſus huius verbi
cum deriuatis suis in dialectis hebr. chald. syr. aeth. cum
his comparari, aut eorum, qui dissimiles videntur natales
relationesque ad primam significationem inde reperiri;
quod hoc loco, ne nimis copiosi essemus, noluimus
facere. Sed

Sed ut ad *G'auh.* nostrum redeamus, iuuat ex eo quædam promiscue addere, quæ inter legendum annotaueruntur. Verbi جَيْهُ Infinit. ponit جَيْهُ، docetque, raffissime in Infinit. verborum, quorum Conj. I. Futurum habet cum Kesra in media, Kesram pro Fatah ad medium radicalem poni; id tamen fieri in his.

جَيْهُ vel فَرِيٌّ — صَبَرٌ، كَبَلٌ، جَيْضٌ، جَيْهُ

itemque فَرِيٌّ nec sidus aliquod peculiare significat, nec omnibus stellis commune est nomen, sed stellam quæ maiorem et scintillantem indicat, unde omnes stellæ maiores, quæ peculiari nomine carent، فَرَارِيٌّ appellantur. — Nescimus, linguae copia, an loquendi multiplex usus, an grammaticorum subtilitas hinc elucideat, quod omnes haec formulae: بَدَأَ بَدِيٌّ، بَدَأَ بَدِيٌّ، بَدَأَ بَدِيٌّ

بَدِيٌّ بَدِيٌّ، بَدَأَ بَدِيٌّ، بَادِيٌّ بَدَأَ بَادِيٌّ، بَادِيٌّ بَادِيٌّ

idem omnino significant: Fac hoc omnium primum, ante alias omnia. Ceterum ex ipsis *Gauh.* observationibus, et multo magis e locis auctorum ab eo laudatis, multa poterunt ad illustrandam antiquam Arabiae historiam et geographiam utilia peti, e quibus specimenis loco haec notauimus: *Saba* (سباء) is scilicet, qui a Mose Gen. X, 28. narratur fuisse, בְּשָׂבָא communis tribuum antiquissimarum in Arabia felice auctor, dicitur Ieschgobi F. Iaarofi N. Kahtani s. Ioctanis Pron. fuisse;

isse; *Tai vero, a quo Tatarum aunc quoque celebris gens originem habet, ebn Odad ebn Zeid ebn Kahlaan ebn Saba ebn Himjar.* In rad. حَدَّا notat G'. verbum حَدَّاد (vulgo *mitius*) occurtere in his, quae in prouerbiata abisse videntur: بَنْدُوكَةٌ حَدَّاءٌ وَمِلْعَكَةٌ حَدَّاءٌ (Mitui, milui tibi, *Bunduca, imminutus*) sed in his verbis alios intelligere nomina duarum gentium *Hadaa* et *Bunduca*, quarum illa Hida ebn Namijra, haec *Bunduca* ebn Maddah prognata sit, ytraque yero ad gentem Saado'l Aschir in Iamana referatur. Sic alio loco شَنْوَةٌ أَمْ شَنْوَةٌ صَدَّاءٌ، alio تَحْسُنْ قَرْبَشَةٌ وَهُمْ شَنْوَةٌ صَابِيون (commemorantur. *Zabii*, proprie qui religionem mutarunt) idem illi, qui super nobis paullo certius quam antea innotuerunt, genus Iudeorum esse narrantur p. 136. — Nec dubitamus, quin loca veterum Scriptorum multa ad intelligendas hebraicæ linguæ formulas et proprietates, atque adeo ad interpretanda Vet. Test. oracula sint collatura; cuius suspicionis firmandæ causa virum exemplum apponemus. P. 128. locus est nec scio, cuius scriptoris, ubi ita Koreischitas loquentes inducuntur:

تَحْسُنْ قَرْبَشَةٌ وَهُمْ شَنْوَةٌ

بِنَا قَرْبَشَا خُتْمَ الْنَّبِيَّةِ

h. e. in nostra gente vaticinia finem haberunt, ultimus prophetarum e gente nostra ortus erat; ubi cum eadem formula occurrat de cessantibus vaticiniis, quae totidem litteris exstat Dan. IX, 24. נִכְבַּת כָּלֹת, videtur etiam idem utroque in loco eius sensus statui posse. — Tandem etiam criticum iudicium de libris Arabum, qui nunc exstant, hoc opere valde adiuuabitur, nam interdum etiam variae lectio-

mes locorum appositorum commemorantur. Sic p. 54 in
his *Aadi ebn Zeid*:

أَنْ أَجَلَّ أَنَّ اللَّهَ قَدْ فَضَّلَكُمْ
فَوْقَ مَنْ أَحْكَمَ صَلَبًا بِالْأَرْضِ

posteriorem partem etiam sic legi tradit: (vtrum rectius sit,
non dicit)

فَوْقَ مَا أَحْكَيَ بِصُلَبٍ فِي أَرْضٍ;

hoc certe inde appareat, fuisse et tum in iis auctoribus, qui
studiose legerentur et describerentur, lectionis varietatem,
quae quidem illo tempore in cufica scriptura facilissime po-
suit oriri.

In his igitur tot tantisque huius operis bonis, in quo
vnum hoc spem nostram fecellit, quod arborum, planta-
rum, animalium nomina, non accuratius explicata reperi-
mus: facere non possumus, quin Cl. *Scheidio* pro hoc mu-
nere gratias agamus, eunque etiam atque etiam rogemus,
ut maturanda, quantum fieri possit, integri operis editione,
de litteris orientalibus, hoc est de insigni parte eruditionis
egregie mereri perget.

DISSERTATION SUR LA FORCE PRIMITIVE,
*qui a remporté le prix proposé par l'Académie Royale des Sci-
ences & belles lettres pour l'Année 1779.*

Berolini ex officina Deckeri, in 4. maj.

In signis huius Tractatus, latino sermone conscripti, Au-
torem titulus prodit, qui fore talis est: *Dissertatio de vi
Substantia*.

stantiā, eius notione, natura, et determinationis legibus, Ag-
gore Iosepho Pap de Fogaras, A. L. M. Philosophiae Do-
ctor, et Ecclesiae Reformatae Saxopolitanae V. D. M. in
Hah-Város, urbe Transylvanias. Quamvis Metaphysici
fere omnes, Aristotelem secuti, rerum viuuersalium nomi-
na, iusta diuisione, vel ex substantiarum, vel ex accidenti-
um classe petant, non tamen aequē constanti lege notiones
substantiarum formant. Inciderunt ergo nonnulli in rugas
difficiles, ex quarum labyrintho eieksi, dum ita igne quo-
dam fatuo inidere decepti plenam lucem consecstantur,
iterum in nouum, eumque horridorem, ruere praecepites
Non solum qui substantias ex substantiarum coniunctione
prodire iubent, sed et qui in omni substantia certam qua-
dam compositionem inesse dicitant, inexplicabiles sibi no-
*dos nectunt; et licet nomen *substantiae compositae* ita emul-*
liant, ut ei substantiarum quendam cunctum substituant,
haerent tamen, et graui errore laborant, dum cogitationem
de monade in duas partes, subiectum puta; quod quid sit
non dicunt, quia non intelligunt, atque vim, qua praeditum
sit, discerpunt; denique etiam, quamuis hoc serendum, ex
discrimine virium infinita fere substantiarum simplicium ge-
nera in Philosophiam inducunt. Illustris Leibnitius, ut erat
accerrimo ad inueniendum ingenio, quantum constat, pri-
mus feliciter tenebras, quibus substantias inuoluere Schola-
*stici, dispulit, tanta quidem luce, ut nunc, si quis forte *ex**
simpli substantia subiectum exsculpere velit, cui vis inhae-
reat, merito, qui fructus industria tanti viri ad Philosophiam
accederint, ignorare censendus sit. Author scripti, cuius
dum momenta palmaria enumeramus, simul coronam ostendimus,
quam Regia Societas, quae Berolini floret capit
eius imposuit, dictorum fidem abunde comprobat. Reserat
eruditissimus Vir complura, quae Leibnitius de suis monadi-
bus, earum vi repraesentativa, item materiae passiva exten-
sione, vnione, de monadibus dominantibus, etiam de mo-
nadi-

madibus corporis Christi, sparsim, ac in litteris in primis ad Rev. P. Bosses datis, praeceperat. Imo hoc inniti totam hanc de vi substantiali dissertationem, Leibnitianae Metaphysicae commentarium, fatemur.

Itaque quoniam omnes totius vniuersi mutationes vel ad repraesentationes, vel etiam ad motum referri debent, acutissimus Actor in vim animae repraesentatiuam diligenter inquirit: esse docet vnam cum eius substantia, subiecti profus nullius indigam, mutationibus tamen obnoxiam, diuersas ex hoc fonte natas potentias pro totidem natura propria diuersis viribus minime habendas, quin potius modificationum instar transfundendas esse in vim fundamentalem seu primitiavm, quae sit ipsa vis repraesentativa, qua solum omnis animae *egoitas* seu *personalitas* contineatur. Harum veritatum omnium diductiorem explicationem dedit, adiunxitque demonstrationes, quae evidentia fere et rigore fere ubiuis commendant. Possumus autem huius adiectae restrictionis declarationem facile dare. Vis fundamentalis nimirum, quae etiam primitiua audit, nec determinatio est alterius cuitudam vis, in quam resoluatur, nec nuda agendi potentia. Manifesto autem vis primitiua opponitur deriuatiuae, quae quid aliud esse potest quam facultas exerciti diuersi, aut modificatio vis primitiuae? unde, si diuersi fuerint actus, quamplurimum profecto adtinuerit, diuersas statuere leges, ad quarum praeceptum vis primitiua exerceatur, atque ideo complures diuersas in una eademque vi substantiali, h. e. in substantia facultates, concipere.

Hanc distinctionem interno sensu, ad quem saepius prouocat eruditus auctor, probatam, neglexisse videtur. Certe, numerus facultatum diuersarum non arguit aumerum diuersarum substantialium. Hoc tum deum colligitur, ubi rerum internum discrimen impedit, quo minus certa quedam facultas vniione essentiali referri debet ad vim, de qua querendo agitur, vel ut si, num animae vis represe-

tatiua habeat facultatem mouendi suum corpus, forte quis intelligere velit; is reuera vel ipso intelligendi conatu sentiet, vim repraesentandi, quoquo modo modisicata, vel minimo motui producendo imparem omnino esse, itaque vel agere in corpus nequire, vel tribuendam animae vim fundamentaliem a priori diuersam, vt ita ratio plena moti corporis perfecte intelligatur. Verumtamen ita explicato uno nodo necuntur ali, solutu forte multo difficiliores, quos acutissimus auctor praesentit atque ita erit aut, vt demonstraret pag. 20. animae duas vires a se diuersas competere non posse. Hoe si legitime demonstratum dederit, recte demonstratione acquiescere censendus est, vt ut explicari nequeat modus, quo vis repraesentativa voluntatis actus, vel motus etiam in corpore, eliciat.

Fingas, inquit, animae competere duas vires A et B a se diuersas. Vis A aut potest existere sine vi B, aut non potest; si potest (et si differrat ab ea, cur non potest?) existat ea separatum vis A, aut eius subiectum erit substantia, eadem vis B ratio, animaque esset ex duabus substantiis composita; si non possit vis A sine vi B existere, tum aut natura illius postulat, vt haec adsit, aut huius vt illa adsit, aut communis quedam ratio postulat duas vires coniungi; si primum, vis B erit vis A determinatio, non diuersa vis; si alterum, vis A erit vis B determinatio; si tertium, tum nec A nec B erunt vires fundamentales, sed potius vtraeque prioris aliquius vis fundamentalis determinationes. Sit vis animae sensitiva a vi eius rationali diuersa, ostendimus vim esse nisum ad effectus producendos, aderunt ergo in anima semper consitus ad sensationes et ratiocinia producenda, quod certe nemo dixerit. Adeo semper tam sensationum, quam ratiociniorum fundamentum, una nempe vis animae repraesentativa; sed vtrique effectus haud semper adfunt. Personalitatis nostrae sensus rationem in iis, quae animae competit, habere debet. Quid vero in ea obseruamus, non nisi mutata.

tationes certo sibi ordine succedentes, ex illisque adesse vias producentem colligimus. Personalitas vero rationem in effectibus habere nequit, qui diuersi sunt, habet itaque in vi; unitas ergo eius est fundata in vi animae.

Procul dubio intellexit venerabilis auctor, formatae ita demonstrationis neruos incidi posse, negando veritatem conclusionis, qua adstruit, vim A aequa ac vim B haberi debere pro determinationibus aliis cuiusdam vis fundamentalis, quod sumum fuerit, esse quidpiam, quod tales vis A et B coniunctionem postulet. Itaque noua demonstrandi forma, ex unionis virium diuersitate desumpta, sententiam probare conatur. Habeat, ita pergit, substantia animae duas vires fundamentales. Eae in anima unitae erunt, erit itaque illa unitio vel essentialis, vel accidentalis; si prius, illae non erunt diuersae vires fundamentales, sed potius diuersi unam vim essentiali conceipiendi modi; si posterius, tum vel neutra cum substantia animae essentialiter cohaeret, vel una tantum earundem; si neutra, deletis utrisque viribus anima maneret, quod absurdum est: animae enim, cuius nullae vires, nullaeque tum modificationes essent, nulla idea formari potest. Si una illarum tantum essentialiter cum anima cohaereret, altera vi deleta anima nihilominus maneret, ea proinde esset mera animae modificatio, non vis; nam modificatio vis est actio; non noua vis. Et quid; quae sumus, sibi vult vim vi iungi? vis quaelibet proprium existendi characterem habet, nec proinde maiori iure cum altera vi coniungi, quam existentia unius alterius existentiae addi potest. Sint in anima coniunctae duae vires accidentaliter, effectus utriusque ad diuersas vires, duplices vires ad earum uniti ducent; quae cum sit accidentalis, in accidentaliter determinatione erit posita substantia animae, quod absurdum est; ratio enim substantiae nullius, accidentalibus determinationibus absolui potest.

His ita demonstratis, accedit A. ad indicandum fontem ef-

fectuum eorum, qui in motu cernuntur. Aperit ergo luculentus difficultates, quibus haec doctrina vndeque prematur, dum extensio atque motus realisata e numero phaenomenorum efficiuntur, tandemque infert omnem extensionem a realitate quam longissime abesse, corporumque elementis vim representatiuam utique tribuendam esse. Constat nimis, inter phaenomena referendum, quidquid variata continuo sc̄hesi menti representandum s̄stitutus; quod duū accidere extensioni palam est, patet, eam nulla ratione in re alitatum numero ponī debere, dummodo de explicatione inter quaerentes conueniat. Quid iam de motu? et hunc apparentem statuit, quod non nisi quaedam rei extensionae determinatib⁹ sit. Prona est conclusio apparentis motus ex apparente extensione, nec ulteriori explicatione eget, verum extensionis pro phaenomeno habitae rationes internas declarare, res est admodum difficilis, nec forte vñquam ad liquidum perducenda. Certe, re bene perspensa, proclivior multo videtur in apparentem motum assensus, quam in extensionem apparentem, ad quam animus stupore quasi quodam rigescit. Habet sane extensionis realitas admissa imperiosos flexus, neque talibus apparentia distituitur, videntur tamen illis multo moliores.

Phaenomeni extensionis ratio ultima ex elementis cum illustri Leibnitio petenda, quod nullo modo fieri potestimuta rerum distantia salua, qua sublata, totus materialis mundus vel sine fine procurrens, in punctum coarctatur. Huius vero phaenomeni realitatem quis demonstrare audeat? languet Philosophia quoque, quae ad hoc se parat. Ut dictis fidem lumenque faciam, excito Philosophum ad P. Bosses scribentem Hanouera 26. Maii 1712. Quae hic spectant potissimum haec sunt: si id, quod monadibus superadditur ad faciendam unionem, substantiale esse negatur, iam corpus substantia dici uequit; erit enim merum monadum aggregatum, et vereor ne in mera corporum phaenomena iucidas. Monades enim per

se

se nec situm habent quidem inter se, nempe realem, qui ultra phaenomenorum ordinem porrigitur. Unaquaeque est velutise paratus mundus, et hi per phaenomena sua consentiunt inter se, nullo alio per se commercio nexa. Vt inam vero illustris Leibnitius commentarium in haec paradoxa scripsisset! Quae enim ab auctore nostro proferuntur, adeo sunt intricata, vt ad declarandam hanc Leibnitianae Philosophiae partem parum admodum conferre videantur, praesertim cum ambigua admodum et incerta sint, quae in vim monadum representatiuam disputat. Plures sunt, vel ipso fatente, qui tales vim pernegerint, atque ex tribus adieligendum propositis hoc eligant, quod nec Scepticismum vniuersalem inducat, nec vero etiam Spinozismo faueat. Illustris Wlffius, magnus et ipse Leibnitii promachus, re dubia inter litigantes relicta obiit.

Theorie der Gartenkunst etc.

i. e.

HORTORVM ORDINANDORVM THEORIA:
Auctore C. C. L. HIRSCHFELDIO, regio iustitiae regundae Confil. et in Acad. Kilonensi Philos. et Artt. P. P. O.

Lipsiae, apud Weidmanni heredes et Reichium,
 MDCCCLXXIX. forma quarta maiore. Tom. I. et II. cum
 figg. aen. permultis.

Accepimus in hoc libro, pleno ingenui atque artis, quasi primum in ea arte inter Germanos. Ulterior est explicatio libelli prioris, inscripti: Observations de villis, atque alterius: Theoria artis hortorum ordinandorum. Tribus distinctum opus est partibus, quarum prima continet observationes generales, altera tertiaque ipsam Theoriam. Inquirit auctor, omni nostra laude maior, in hortorum origines, easque quaerit in iis temporibus, vbi mores hominum iam politiores, et animi sensationes emollitiae erant. Nam

T 3

igi-

igitur obseruabant naturae illusiones et miracula, et ad diuturnum talium usum in loco quodam studebant ea figeri. Pergit inde A. ad hortos pensiles Babyloniorum, Persarum Paradisos, quos tantum affirmant, teste Xenophonte, fuisse locos arboribus frugiferis, naturalique loci pulchritudine amoenissimos. Non numerum in hac arte Graeci praestiterunt, quoniam tota fere Graecia hortus erat. Collegit hic A. quae de horto Alcinoi memorat Homerus, et quaedam ex picturis Herculaneisibus Tabula xx. et xxxix, quae posint quasi exempla hortorum Graecorum profiri, ulterius explicat. At fatetur, non designari iis hortos, sed partes tantum aliquas hortorum (*Gartenstücke*). Pergit deinceps ad villas hortosque Romanorum. Notum est, villas esse hortis apud Romanos antiquiores, cum horti nonnisi sub Imperatoribus florescerent, et iis temporibus orirentur, cum iam amorvitae agrariae in luxuriam degenerasset. Villae in primis celebiores erant in Tiburtinis regionibus, in Sabinis, nec non in collibus Praenestinis. Meminit hic villas Diocletiani splendidissimae in Dalmatia, villas Spalatrensis, atque alterius Hadriani celeberrimae, prope Tibur. Inter hortos eximios resert potissimum hortos Plinii. Atque hic miramur, cur illum Senecae celeberrimum neglexerit, qui decies centenis millibus aestimabatur. In medio aevo cultura hortorum fere nulla fuit. Soli enim erant monachi qui hortos alerent, eo fini, ut fructus inde arborum, atque olera, esurientibus profutura, nanciscerentur.

E recentiori aetate recensentur primum horti Italorum, quorum iam mentionem e Sec. xvi. facit Montagnius: affirmit autem cum Volkmanno, Viro doctissimo, et magno peregrinatore, (cuius de Italico itinere praeclarus liber iam dudum prostat), Italorum hortos in censum venire non posse; neque hodie tales esse, quales plerumque credantur. Pergit ad Heluetos A. quorum hortos, tamquam naturae imitamina, in illis locis admirandae, celebrat.

Gal-

Gallorum deinceps hortos lustrat, quales primus constiuit le Notre. Vituperat eos ob nimiam artem, et anxi- am, et qui a natura mirum in modum aberrent. In Hispaniorum hortis celebrat Aranjuensem. Batauorum hortos cum Gallicis conuenire in vniuersum obseruat, in eo autem ab iis diuersos esse, quod magis sunt coarctati, pluri- misque ludicris artificiis ad nauseam vsque impleti, florumque eximia pulcritudine et varietate gaudent. Iam vero ad Anglos penetrat Vir doctissimus, restauratoris artis huius ingeniosissimos. Istorum horti integrae regiones potius sunt, et naturali vagaque et longe sparsa prae aliis excellunt pul- critudine. Per eam occasionem, atque vt fidem dictis faciat, describit hortos qui sunt Wentworti, Duncombii, Ha- glii, quorum summis e Yungio graphicas descriptiones. Tandem ad Germanos A. redit; qui, dum hortos suos ad architectorum regulas instruerent, vti multa alia inconci- nia, ita etiam Gallorum naeuos imitati sunt. Mox ad Siren- ses A. deflectit, et de illorum hortis miras narrationes lecto- ribus proponit, eas in primis, quas Chainberius retulit. Per- git inde ad Persas, Iapanenses, aliasque orientis populos. Et haec quidem omnia nonnisi ad historiam hortorum per- tinent.

Iam deinceps ipsum veterum recentiorumque ingenium hortis colendis indagat, refutatque ineptam illorum senten- tam, qui recentiorem hortorum rationem et culturam ex antiquitate ducunt. Describit igitur primum rationem hortorum instruendorum quam le Notre inuenit. Inter Anglos Baconis de hortis explicat sententiam, cui successit Miltonus, Pope, Addisson. Tandem hortorum restauratorem illum celebri- rum, Kentium, et post hunc Whatelyum, praedicat. In Gallia de cultura hortorum in primis bene meriti sunt Russae- us, Cessières, et Whateletus. Comparat dein A. inter se veterem recentemque hortorum instruendorum artem. Lau- dathanc ut elegantem, illiusque dignitatem etiam ex eius fi- ne

net demonstrat. Hae sunt quasi primae lineae Theorieae hortorum.

Iam ad ipsas theorieas hortensis regulas A. progradientur. Atque hic priuith de pulcritudine naturae, de colore, de motu, deque aeroenitate, de eo quod nouum est et inexspectatum, de sensatione e rebus contrariis, de diuersa regionum facie atque indole, de plano, de colle, saxis, montibus, siluis, de aqua, pratis, prospectibus, deque regionum diuersa indole, multa docte atque eleganter praecipit.

Pars Theorieae altera sicut argumentum de locis hortorum, et situ, de arboribus, floribus, de cespite, aqua, de viis denique. Adiectae sunt hortorum quorundam descriptiones, tum Anglicorum, tum Germanorum. Circa arbores multa curiose adnotat. Arbores ipsas distinguit. Aliae ipsa specie ac stipitis pulcritudine placent, aliae surculis, nunc surgentibus, nunc diuergentibus, nunc deorsum pendentibus; aliae foliorum luxuria, colore, varietate, perpetuitate; aliae floribus oculos delectant. Neque A. fruticeta, lucos, silvas, aquas, prorsus reticuit, quin potius operam dedit, ut quodvis istorum, cui loco, cui fini aptum sit non solum, sed etiam decorum, distincte doceret. Adiectae sunt hortorum descriptiones quaedam, anglicorum non minus quam germanorum. Caeterum, iugens tabularum aeri affabre incisarum copia, magnam iis lucem afferit, quae ab A. dicta sunt; sed augent etiam splendorem libri. Sunt in his Russei atque Sulzeri, in riuorum ripis, inter arboreta, atque in insulis, sepulcra. Dictionis elegantia landari satis non potest, cuius pretium augent interspersa Philosophumena, plerumque tribus quatuorue verbis expressa. Est igitur hic liber etiam iis lectu dignissimus, qui, etiam si hortos instituere aut nolint, aut non possint, tamen recreare animum legendis talibus, tam eleganter tamque iudiciose scriptis, volent.

NOVA ACTA ERUDITORUM

publicata Lipsiae

Calendis Augusti Anno MDCCCLXXVI.

PHILOSOPHIAE NATURALIS PRINCIPIA
*mathematica, Auctore ISAACO NEWTONO, equite
 ourato, illustrata Commentationibus potissimum IOANNIS
 TESSANEK, Phil. et Theol. D. et Mathem. in Vniuers.
 Pragensi Prof. Regii P. O. cest. et (quibusdam in locis)
 Commentationibus veterioribus Cl. Vir. TH. le SEVR et
 FR. IACQVIER, ex Gallicana Minimorum Familia
 Math. Professorum, aliter propositis.*

LIBER PRIMVS.

Pragae, per Io. Adamum Hagen, MDCCCLXXX. 4to. P. 319.
 cum xvi. Tabb. aen.

Specimina iam aliquot, paucis abhinc annis, *Tessane-*
kius V. Cl. in *Commentationibus physico-mathematicis*
 uxi. V v So-

Societatis inclytæ literariae in Bohemia florentis, cum eruditis communicauerat Propositionum quasfundam, pœaclari Operis Newtoniani noua methodo illustratarum: quae, vbi primum vidisseimus atque examinasseimus paulo diligentius, Commentarii ciusmodi perpetui in omnes propositiones de siderium illieo iniecere; cui rei pœa aliis parem esse Tessanekium certissimo pignore h. e. ipso facto cognovimus. Quae res, quanquam optari magis, quam, propter operis et molem et difficultatem, nisi interposito longioris temporis interuallo, sperari posse videbatur: tamen opinione citius desiderium expleuit, spemque adeo nostram, quam de tali opere conceperamus, omnino superauit Vir doctus, edito nuper Principiorum Newtoni Libro Primo, cum suis et excerptis Clar. Vir. Th. le Seur et Fr. Iacquier Commentationibus. Nempe Commentarii doctissimorum, quos modo memorauimus, Vitorum, bonae frugio et ipsi plenissimi, in enucleando Newtono fere sic versantur, ut sensus verborum et propositionum, vbi opus esset, explicit, Demonstrationes subinde clariores reddant, vel aliter instituant, insertis etiam suo loco aliis propositionibus, veluti lemma-tibus, dicta et enunciata Newtoni corroborent, afferendis aliorum Virorum doctorum sententias et locis quamplurimi, verbo, ea omnia referant, quae quidem a doctis et fidis Interpretibus expectari poterant: de methodo autem, unde Theorematum Newtonianorum demonstrationes, siue problematum solutiones, pendent, nihil afferant: Quod cum animaduerteret Tessanekius V. Cl. intelligeretur, hac potissimum re Lectorum optime acui ad inuentionem, et quasi manu adduci posse ingenia; quia Synthesis, quam adhibuit Newtonus, geometricam quidem illa pariat ~~admodum~~, sciendi tamen cupiditatem non expletat. Huic desiderio ut faceret satis, per integrum iam nunc Librum primum operam dedit, vt singulorum a Newtono propositorum Problematum solutionis, et Theorematum demonstrationis, non so-lutum

lum traderet rationem, sed etiam viam, intento quasi digito, monstraret, atque ipsum inuentionis modum summa cum perspicuitate exponeret. Et sane, cum id potissimum ageret Vir doctus, vt Lectribus, ea quam opus postulat sublimioris Matheoseos intelligentia instructis, studium, quod in hoc libro perlegendo ponerent, quam fieri posset iucundissimum et longe fructuosissimum redderet, nihil potuisse ad hanc rem efficacius diligere, quam quod Problematum solutionibus modos soluendi, et Theorematum demonstrationibus ipsarum fundamenta adiunxerit et patefecerit; quibus subsidiis adiuti Lectores, si solutionem sive demonstrationem vniuersam, vltro, si velint, possint eruere. Commentationes ipsae, (quae a verbis Newtonianis minore charactere, itemque voces singulae, Newtoniano textui, sed adinodum raro, veluti breues explicationes, interspersae, etiam vnciculis, discernuntur, Analysis interdum fistunt geometricam, quae ad solutionem Newtonianam, sive etiam aliam, ab ea diuersam, quae simul affertur, dicit, pleraque tamen propositiones, per Analysis recentiorem, ope Algebrae, pertractantur; qua haud dubie, tanquam optimo inuentionis substdio, ipse vius est Newtonus, ad eruendas propositiones, quas, vt mos est Anglorum, ad syntheticam deinde normam, summa cum ~~an~~^{an} ~~β~~^β ~~γ~~^γ seueritate, exigeret. Sed, vt melius possint, quomodo se hic gesserit Vir. Ceteri lectores ipsi iudicare, visum est quarundam propositionum Newtonianarum hic subnectere Analysis Tessaneianam, et inuentionis modum; in quo tamen spectabimus potissimum breuitatem, diligendo eas propositiones tantummodo, quae paucis verbis potuere tractari, relictis commentationibus longioribus, in quibus tamen deprehendimus quaedam, notatu, ingenioque Viri subtilis dignissima, quae dejnde indicabimus, cum ipsa hic proferre chartae prohibeat angustia.

Sectio II. Propositis I. Theorema I. pag. 45.

53. *Areas, quas corpora in gyros alta radiis ad immobile centrum virium ductis describunt, et in planis immobilibus confitentes, et esse temporibus proportionales.*

„Vis demonstrationis:“

„Si vis centripeta agat in principiis partium aequalium temporis, semper impulsu unico; areas aequalibus temporis partibus descriptae aequantur inter se.“

Sequitur Demonstratio Newtoniana:

quam excipiunt notae et Observations Cl. Tessanekii.

„In demonstratione hac concipit Newtonus vim centripetam, ubi corpus venit ad B, C, D, etc. agere impulsu unico, sed magno: unico, ut motus compositus sit aequalis; magno, ut anguli C B c, D C d, etc. reddantur finiti, et via A B C D, finito tempore descripta non sit rectilinea, sed ex rectis finitis, finitos angulos comprehendentibus, composita; quae demum, sumtis tempusculis infinite paruis, et vi centripeta agente impulsu infinite paruo, fiat curvilinea. Solet nempe Newtonus primum quantitate finita considerare; dein transit ad casum punctorum coeuntium, siue ad quantitates infinite paruas. Ceterum, potest loco impulsus illius magni concipi impulsus infinite paruus, et loco aequalium temporis partium finitarum aequales infinitesimae; nec differt demonstratio, et eius vis consistet in eo, quod aequalibus tempusculis infinite paruis descriptae areolae aequantur inter se.“

„Praeterea supponit Newtonus, vim centripetam effere, ut corpus de recta B c declinet, et perget in recta B C. Tum vero positio rectae B C et rectae c C, quae parallela est rectae B S, una cum positione et, magnitudine rectae B c,

B c, determinant magnitudines rectatum B C, C c. Posset supponi, actionem vis centripetae exprimi per B V; et tunc determinaretur positio et magnitudo rectae B C. Alterum sequinalet alteri.“

„Quaeri potest, quomodo B V describatur motu aequabili, cum supra viderimus, spatium agente vi centripeta, ipso motus initio describi motu uniformiter accelerato. Facilis autem est responsio: nam sumtis temporis particulis, quae fint infinitesimae altioris cuiusdam ordinis, motus erit aequabilis.“

„Observandum est hoc loco, nos in demonstratione solum considerasse, quod corpus ob actionem vis centripetae declinet a recta B c, non vero quantum declinet. Et inde consequitur, augmentum vel decrementum vis centripetae non infringere demonstrationis vim. Vera ergo est propositio, quamcunque legem sequatur vis centripeta, quin etiam si nullam. Et ideo, quamuis actio vis centripetae augeatur, vel minuatur per nouam vim centripetam, eadem, vel opposita directione agentem, adhuc tamen ratio arearum eadem erit quae temporum. Patet etiam, veritatem hanc obtinere, si mobile describat curvam per vim projectilem, et centrifugam. Connexitos enim trajectoriae obuersa virium centrifugarum centro non mutat demonstrationem.“

Propositio IV. Theorema IV. pag. 52.

72. *Corporum, quae diversorū circulorū aequabili motu describunt, vires centripetas ad centra eorum circulorum tendere; et esse inter se ut sunt arcuum finalium descriptorum quadrata applicata ad circulorum radios.*

„Fundamentum demonstrationis:“

53. *Areas, quas corpora in gyros acta radiis ad immobile centrum virium duabus describunt, et in planis immobilibus confisteret, et esse temporibus proportionales.*

„Vis demonstrationis:“

„Si vis centripeta agat in principiis partium aequalium temporis, semper impulsu unico; areas aequalibus temporis partibus descriptae aequantur inter se.“

Sequitur Demonstratio Newtoniana:

quam excipiunt notae et Observations Cl. Tessanekii.

„In demonstratione hac concipit Newtonus vim centripetam, ubi corpus venit ad B, C, D, etc. agere impulsu unico, sed magno: unico, ut motus compositus sit aequalis; magno, ut anguli C B c, D C d, etc. reddantur finiti, et via A B C D, finito tempore descripta non sit rectilinea, sed ex rectis finitis, finitos angulos comprehendentibus, composita; quae demum, summis tempusculis infinite paruis, et vi centripeta agente impulsu infinite paruo, fiat curvilinea. Solet nempe Newtonus primum quantitate finita considerare; dein transit ad casum punctorum coeundum, siue ad quantitates infinite paruas. Ceterum, potest loco impulsus illius magni concipi impulsus infinite paruus, et loco aequalium temporis partium finitarum aequales infinitesimae; nec differt demonstratio, et eius vis consistet in eo, quod aequalibus tempusculis infinite paruis descriptae areolae aequantur inter se.“

„Praeterea supponit Newtonus, vim centripetam efficiere, ut corpus de recta B c declinet, et perga in recta B C. Tum vero positio rectae B C et rectae c C, quae parallela est rectae B S, una cum positione et, magnitudine rectae B c,

B c, determinant magnitudines rectarum B C, C c. Posset supponi, actionem vis centripetae exprimi per B V; et tunc determinaretur positio et magnitudo rectae B C. Alterum aquina et alteri.“

„Quaeritur potest, quomodo B V describatur motu aequabili, cum supra viderimus, spatium agente vi centripeta, ipso motus initio describi motu uniformiter accelerato. Facilis autem est responsio: nam summis temporis particulis, quae fint infinitesimae altioris cuiusdam ordinis, motus erit aequabilis.“

„Obseruandum est hoc loco, nos in demonstratione solum considerasse, quod corpus ob actionem vis centripetae declinet a recta B c, non vero quantum declinet. Et inde consequitur, augmentum vel decrementum vis centripetae non infrngere demonstrationis vim. Vera ergo est propositio, quamcunque legem sequatur vis centripeta, quin etiam si nullam. Et ideo, quamuis actio vis centripetae augeatur, vel minuatur per nouam vim centripetam, eadem, vel opposita directione agentem, adhuc tamen ratio arearum eadem erit quae temporum. Patet etiam, veritatem hanc obtinere, si mobile describat curvam per vim projectilem, et centrifugam. Connexitos enim trajectoriae obuersa virium centrifugarum centro non mutat demonstrationem.“

Propositio IV. Theorema IV. pag. 52.

72. *Corporum, quae diversos circulari aequabili motu describunt, vires centripetas ad contra eorundem circulorum tendere; et esse inter se ut sunt arcuum simul descriptorum quadrata applicata ad circulorum radios.*

„Fundamentum demonstrationis:“

V v 3

Pro

Pro parte prima: si ad centrum circuli ducantur radii vectores, ratio sectorum eadem erit, quae arcuum, seu temporum. Aut: si arcuum duorum simul descriptorum infinite paruorum et adiacentium chordae compleantur in parallelogrammum, sagitta transibit centrum virium; transit autem sagitta haec (vtpote sinus versus) centrum circuli. Pro parte altera: si areas A E, ab aequalibus tempusculis infinite paruis describantur, vires sunt ut A C, a c; Est vero $A C = \frac{AE^2}{AG}$; et $a c = \frac{ab^2}{ag}$.

Sequitur Demonstratio Newtoniana.

Theoremata autem, quae Newtonus in Corollariorum ad hanc propositionem proposuit, symbolice expressit Teisanekius V. Erud. positis, vi centripeta = V, velocitate = C, radio = R, et tempore periodico = T.

Propositio V. Problema L pag. 57.

83. *Data quibuscumque in locis velocitate, qua corpus figuram datam viribus ad commune aliquod centrum tendentibus describit, centrum illud inuenire.*

Sequitur Solutio Newtoniana,
quam excipit

„Inuentio solutionis“

„Dentur velocitates in locis tribus, per quae ducantur tangentes; dabiturque ratio perpendicularium a centro virium in tangentes demissorum, quae ratio est reciproca velocitatum. Determinanda ergo est positio puncti, a quo ad datas tres rectas demissa perpendiculara habeant rationem datam. Quaeratur ergo locus punctorum, a quibus ad datas positione duas rectas, e. g. primam, et secundam, demissa per-

In proximiis diatribis differitur, *de Sabbatho devrigenis* et *Luc. 6, 1.* de loco Matth. 22, 23.—31. in qua quaeritur, num dictum Christi aliquam vim habeat ad refutandos Sadduceos, nisi Angelos habere corpora ponatur: insunt obseruationes philologicae ad quaedam loca Geneseos, ad 15, 12. 23., 13. item ad vaticiniorum Nahumi capititis primi priores versiculos, in quibus de originibus vocum Hebraicarum, subsilio linguae Arabicae detegendis, deque earum tum primis, tum secundariis significationibus disputatur: itest *de decreto concilii Apostolici* Act. 15, 20. et 29. disquisitio: sunt praeterea quaedam philosophicae, *de legi cordibus inscripta: de iudicio:* quas intactas relinquemus. Ad extremum autem leguntur quaedam ad locum 1. Petr. 2, 1. pertinentia. Primum contra sententiam eorum loquitur, qui

qui verba τὸν ἀγράπατα αὐτοὺς δεσπότην ἀγνούμενοι de iis interpretantur, qui negent, quod dominus eos emerit. Sed refutat hoc solo arguento; vt dicat, Participium pro Infinitivo hic positum esse non posse, quia, hoc si sit, non antecedat verbum a quo pendeat, vt in hoc loco, sed sequatur, Luc. 24, 39. unde dicendum fuisse, τὸν δεσπότην ἀγνούμενον ἀγράπατα αὐτούς. Proponit aliam, quam ait commendari ab simplicitate, hanc: *dominum qui ipsos emit, abnegantes.* hoc sensu, quod falsi isti doctores suum dominum, (Deum vel Christum, id perinde erit,) qui ipsos emerat (ad operandum) abnegant. Non igitur intelligit Auctor emptionem per pretium satisfactionis et mortis Christi, sed eam, quae est seruorum, in foro venalium. Doctores sibi singit in foro venales, hoc est, idoneis facultatibus ad munus ecclesiasticum gerendum instructos, eique admotos sub conditio- ne pretii, vel pratinii. Hos, vbi neglexerint officium, vbi disseminauerint αἵρετες αἴσθητας, sectas perniciofas, et aliis auctores exsriterint desciscendi a sinceritate doctrinae diuinæ, dici posse επάγοντας ταῦτα ταχὺν αἴσθητας, contrahe-re sibi iacturam salutis. His scilicet ambagiis erat uten-dum ei, qui, propter doctrinam de absolutis decretis, con-cedere nolebat, Christum etiam pro iis, qui in aeternam perniciem ruunt, mortuum esse: immemor verborum Pau-li 1 Tim. 2, 4. θεος πάττας αἱρέποντος θεοὺς ταῦθας καὶ; sis επίγνωσιν αἱλυσίας ἡδονή; immemor locorum, in quibus nos Christus dicitur εξαγοράσαι; et Cor. 3, 7. Gal. 3, 13. etc. tanta euidentia verborum et sententiae, vt obscurari nullo modo possit. add. Hebr. 10, 29. vbi dicitur τὸν αἷμα τὸς θυσίκης κοινὸν ἥγνομενος τὸν ἥγνασθη; καὶ τὸ πιεῖσθαι τὸς χάριτος εὐθεῖας. Verbum autem αἰρετοῦ cum hic, tum in loco parallelo Ep. Iud. vi. 4. τὸν μόνον δεσπότην Θεὸν καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀγνούμενον; item 2. Tim. 2, 12. est negligere, spernere, et illum neglectum et contentum, cum verbis, tuis factis, prodere. Ita καταπατεῖ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ.

dicitur Ep. ad Hebr. loc. cit. Conf. Kypke Observatt. ad
Act. 3, 13. et 2 Tim. 3, 5.

PLATONIS DIALOGI IV. MENO, CRITO, AL-
sibiades uterque, cum Animaduersionibus Virorum Clarissimorum, **GEDIKE, GOTTLIEBER, SCHNEIDER, pri-**
rumque Editorum, curauit BIESTER.

Berolini, sumptibus Augusti Mylii, MDCCCLXXX. 173. pagg. 8.

Prodiit anno superiofi Pot. Regis Berussiac, quae est eius salutis publicae cura omni nostra laude superior, mandatum, spectans Auctores Classicos graecos, atque latinos in Gymnasii, maiori atque acutiori studio tractandos. Voluit scilicet Rex sapientissimus, ut scriptores isti diligentissime in maioribus scholis explicitentur, atque illustrerentur, nec tam voces graecae, atque latinae memoriae inculcentur, quam potius res, sententiae, tractationis modus, doctrina, atque similia menti tradantur, ut et viri docti ad vertendos filios germanice excitentur. Huic edicto ut satisficeret curauit Illust. Zedlizius ita, ut pluribus doctis partes, aliis alias committeret, et Biglero, qui ei est ab epistolis, curam edendorum dialogorum Platonis traderet, qui id egit, ut dialogi quatuor supra memorati sua cura vitiis operarum purgarentur, quasque haberet cum scriptas, tum impressus doctorum Virorum notas, textui subiicerentur. In priori igitur Dialogo, in quo Socrates cum Menone de eo disputat, vtrum virtus disciplina et exercitatione comparetur, an vero nobiscum nata vel a Deo data sit. Hic et illuc reperiuntur bre-

breves atque concisae notae Cl. Gedike, Fridericiani Gymnasii Directore, quibus et maxime parca Editor Clar. ad didit. Quum Socrates statim ab initio Thessalos laudas quippe re equestri et diuitiis insignes, eosque nunc etiam sapientia praestare dicit: ironice haec verba Socratis capienda esse colligitur ex Plutarchi libro de legendis poetis, vbi Simonides negat Thessalos a se decipi posse, quod sunt aquædelegor. In verbis Socratis καὶ δένειν μακάριος τοι εἴσαται, vox μακάριος θεός quis reddenda videtur ex sententia Ciceronis Tusc. I. 11. deus aliquis viderit. In sequentibus p. 9. verba δένειν οὐδὲν εἴσαι ab oscitante librario ex proxime antecedentibus repetita videntur Gedickio; sed talem repetitionem de industria factam, eiusque exempla trita atque frequentia esse in libris Socratis, nec adeo hoc loco sensum impedire, facile, ut nobis quidem videtur, demonstrari potest. Menonem loco genericæ definitionis, qua ostendere iubetur *quid sit virtus*; modo species virtutum.

¶ 2. enumerare, et a quois intelligitur, et ab Editore observatur. Paragrapho quarta displaceat Gedickio τὸ δικτύον, et multo legi ἀξιοῖς οἰωνεῖς εἰσαγόμενον addens ratione philosophicam magis quam criticam, non statim necessariam esse scribens, ut seruiss imperans ipsi imperet domino, cum possit pro domino ab hoc constitutus alius seruis imperara. At nulla primituri vestigia a librariis neglectas vocis ἀττικης reperiuntur, dein lectione vulgari seruata, quaestioni sequenti maior vis atque efficacia inesse videtur. Aduerbiūm διαλεκτικῶν recte explicatur p. 16. ita, ut notet *conuentius regulis familiaris coniunctudinis et sermonis*; quod ipsum et ex sequentibus Platonis verbis facile intelligitur. Pro τῷ τοιστὸν Gedicke V. Cl: legere mauult τάυτα τι, quod quidem non displaceat; sed nec necessarium videtur, cum verba Socratis hunc sensum habere videantur, idem volo dicere, non aliud quid. Maxime probabilis contra, nostro quidem iudicio, videtur coniectura, quam Vir doet. §. 7.

pro-

proponit, ex qua pro περιγραφα legendum censet παρατητικα, cum ei respondeat αναμνοδεις, nec Socrati molestum sit respondere; adde quoque, melius conuenire το περιστατεις. Huic dialogo, ut ceterarum notarum, in primis sensum spectantium, nullam faciamus mentionem, duo Excursus adieci reperiuntur, quorum prior agit de Daedali statuis motu itaque praeditis, quod Daedalus primus oculos spertos Statuis tribuerit, nec non sciundas manus, pedesque: alter spectat problema geometricum, an figura trigonatis dato circulo possit includi ica, ut quaevis linea peripheriam circuli attingat, quod Clar. Gedcke scite soluit, mutanda lectione vulgata, prout ipsi ad suam sententiam confirmandam necessarium videtur. Hinc §. 16. p. 40. in hypothesi pro χάριον τέρπυνον legi iubet χάριον τέρπυνον, in hypothesi vero pro παρατητικα scribi mauult παρατητικα sensu mathematico, quo notat δίχος τέμνει, et sub finem παρατητικον mutari postulat in περιλειμμεον. Sed properamus ad reliquā, hoc modo obseruantes, in Dialogo qui inscribatur Plato, maximam partem excerptas esse doctas criticasque notas Cel. Fischeri nostri, et Biesterum Cl. ad illustrandum locum elegantem Platonis, quo patria ipsa cum Socrate agens §. 1. inducit, laudasse non modo Ciceronem Catil. I. 7. sed et egregia verba, quibus utitur summus Rex, in litteris de amore patriae gallice scriptis p. 81. sq. Igitur qua ratione Biesterus in edendis Dialogis duabus, qui nomen Alcibiadis praeferunt, versatus sit, paucis videamus. Textum quidem, ut in prioribus, ad editionem Stephani in primendum curauit, notas denique adiecit, quae debentur ingenio atque doctrinae Gottleberi in primis, atque Schneideri. Ille enim notas in Alcibiadem secundum, ante nouem annos Lipsiae in primendas curauerat, quibus nunc calamo exaratas alias addidit: hic vero in Alcibiadem vtrumque breves animaduersiones conscripsit, quae ut coquiritae adderentur Ill. Zedlitius iussit. Paragrapho secunda

da sub finem Cl. Schneiderus ὅτι ante ὅδον delendum cen-
set, quod id volunt leges Grammaticae, et usus Platonicus
postulat. Gottleberus Vir Cl. in animaduersionibus suis ad
Alcibiadem I. id agit, ut partim Stephani et Cornarii conie-
cturas laudet, partim, quae in Stobaeo reperiuntur loca
cum textu Platonico comparet, partim nonnulla, historiam
quae spectant, afferat, ut de pulcritudine Alcibiadis, de iure-
jurando per Iouem φίλον, de pugna Athenieasiam aduersus
Lacedaemonios ad Tanagram, de Atheneasium clade apud
Coroneam, de incolis insulae Peparethi, quibus, ut et aliis
commemorandis, supersedere posse videinur. In Dialogo
qui inscribitur Alcibiades secundus, Gottleberus notat pro
ληγεῖσαι, quod est in Basil. 2. substitutum esse ληγεῖν, sed illud
recte quoque conuenire τῷ ὅπερι, atque ληγεῖσαι legendum quo-
que censet Schneiderus, quia hoc sit atticum, sed post αὐχε-
μενος inferendum putat μὲν cum sequatur δέ. At μὲν saepius
reticeri sequente δέ satis constat, quod exemplo uno ac alte-
ro Clar. Zeunius ad Vigerum p. 520. docuit. Quanquam
Cl. Gottleberus, sub finem paragraphi secundae, coniicit, le-
gendum fortasse τῷ διαφέρει μὲν τῷ τοιούτῳ φεομένῳ, quia sequitur
αὐθεντικός τοιούτοις, nobis tamen non placet articulum lo-
co moueri, cum τοιούτῳ φεομένῳ referatur ad τῶν ἐν τῇ πόλει, sitque
subjunctum, qui sunt prudentes inter cives, esse paucos, impri-
dentes esse plerisque; recte enim notatur ab Editore, quod
οἱ πόλεις sint plerique vulgus. Non displicet §. 3. conjectura
Stephani, διαφέρει δέ, pro vulgari δέ, probante, ut obseruat
Gottleberus Vir doct. Ficino, Dacier, et serie orationis. Pa-
ragrapho quarta, pro ληγεῖσαι κάτιος καὶ ληγοντας καὶ πραττοντας
certissimum legendum obseruat Schneiderus V. Cl. καὶ ληγοντες
καὶ πραττοντες; de quo nec dubitari potest, cum usus verbi
ληγεῖσαι Nominativum desideret. His vero verbis fere in
eam opinionem inducimur, ut credamus, paulo ante ordine
inverso legendum esse ληγεῖν καὶ πραττεῖν. Quamuis para-
grapho quinta si abesse possit, nobis tamen nec admodum im-

Λαζα

por.

proponit, ex qua pro πράγματα legendum censet παρατίκη, cum ei respondeat αναμνεῖσθαι, nec Socrati molestum sit respondere; adde quoque, melius conuenire το πρόταττεις. Huic dialogo, ut ceterarum notarum, in primis sensum spectantium, nullam faciamus mentionem, duo Excursus adiecti reperiuntur, quorum prior agit de Daedali statuis motu vitaque praeditis, quod Daedalus prius oculos apertos Statuis tribuerit, nec non sciundas manus, pedesque: alter spectat problema geometricum, an figura trigonatis dato circulo possit includi ica, ut quaevis linea peripheriam circuli attingat, quod Clar. Gedike scite soluit, mutanda lectione vulgata, prout ipsi ad suam sententiam confirmandam necessarium videtur. Hinc §. 16. p. 40. in hypothesi pro χάρια τέρπων legi iubet χάριον τέρπων, in hypothesi vero pro παρατείνεται scribi, et auult παρατέμεναι sensu mathematico, quo notat δίχα τέρπων, et sub fine παρατείνεναι mutari postulat in περιλειμμένον. Sed properamus ad reliquias, hoc modo obseruantes, in Dialogo qui inscribatur Plato, maximam partem excerptas esse doctas criticasque notas Cel. Fischeri nostri, et Biesterum Cl. ad illustrandum locum elegantem Platoni, quo patria ipsa cum Socrate agens §. 1. inducitur, laudasse non modo Ciceronem Catil. I. 7. sed et egregia verba, quibus vitatur summus Rex, in literis de amore patriae gallice scriptis p. 81. sq. Igitur qua ratione Biesterus in edendis Dialogis duobus, qui nomen Alcibiadis preferunt, versatus sit, paucis videamus. Textus quidem, ut in prioribus, ad editionem Stephani in primaedium curauit, notas denique adiecit, quae debentur ingenio atque doctrinae Gottleberi in primis, atque Schneideri. Ille enim notas in Alcibiadem secundum, ante nouem annos Lipsiae in primendas curauerat, quibus nunc calamo exaratas alias addidit: hic vero in Alcibiadem vtrumque breves animaduersiones conscripsit, quae ut coquiritae adderentur Ill. Zedlitius iussit. Paragrapho secunda

da sub finem Cl. Schneiderus ὅτι ante ὅδον delendum cen-
set, quod id volunt leges Grammaticae, et usus Platonicus
postulat. Gottleberus Vir Cl. in animaduersionibus suis ad
Alcibiadem I. id agit, ut partim Stephani et Cornarii conie-
cturas laudet, partim, quae in Stobaeo reperiuntur loca-
cum textu Platonico comparet, partim nonnulla, historiam
quae spectant, afferat, ut de pulcritudine Alcibiadis, de iure-
jurando per Iouem φίλον, de pugna Atheniensium aduersus
Lacedaemonios ad Tanagram, de Atheniensium clade apud
Coroneam, de incolis insulae Peparethi, quibus, ut et alii
commemorandis, supersedere posse videatur. In Dialogo
qui inscribitur Alcibiades secundus, Gottleberus notat pro
ληγεῖσαι, quod est in Basil. 2. substitutum esse ληγεῖσαι, sed illud
recte quoque conuenire τῷ ὄταν, atque ληγεῖσαι legendum quo-
que censet Schneiderus, quia hoc sit atticum, sed post αὐχι-
μένους inferendum putat μὲν cum sequatur δέ. At πῶν saepius
reticeri sequente δέ satis constat, quod exemplo uno ac alte-
ro Clar. Zeunius ad Vigerum p. 520. docuit. Quanquam
Cl. Gottleberus, sub finem paragraphi secundae, coniicit, le-
gendum fortasse τὸν δῆλον μεταποίει φρεγμόν, quia sequitur
αὐθεντικός δι τὸν πολλόν, nobis tamen non placet articulum lo-
co moueri, cum τὸν φρεγμόν referatur ad τὸν εἰ τὸν πολλόν, sitque
subiectum, qui sunt prudentes inter cines, esse πάντος, impru-
denter esse πλεόνασμα; recte enim notatur ab Editore, quod
οἱ πολλοὶ sint πλειονεστεροί. Non displicet §. 3. conjectura
Stephani, διαφέρει δέ, pro vulgari δέ, probante, ut obseruat
Gottleberus Vir doct. Ficino, Dacier, et serie orationis. Pa-
ragrapho quarta, pro ληγεῖσαι δύτες καὶ ληγοντας καὶ προστοντας
certissimum legendum obseruat Schneiderus V. Cl. καὶ ληγοντας
καὶ προστοντας; de quo nec dubitari potest, cum usus verbi
ληγεῖσαι Nominativum desideret. His vero verbis fere in
eam opinionem inducimur, ut credamus, paulo ante ordine
inverso legendum esse ληγεῖσαι καὶ προστοντας. Quamuis para-
grapho quinta et abesse possit, nobis tamen nec admodum im-

A a a
por.

portanam, ut Schneiderus putat, esse videtur, cum Socrates personam Alcibiadis in mente habeat, et cum eo colloquatur. Cum verba Socratis §. 10. οὐσαὶς αἱ μη προτεροὶ ἵνουσι το της φυχῆς aliquid difficultatis habere videantur: in ea tollenda Gottleberus et Schneiderus elaborarunt, ita ut ille ante σύντηξē intelligat τοις ταῖς μαλλοῖς, et ultima verba periodi cum superioribus iungat; hic vero, verbis μη προτεροὶ omis- sis, voces σύντηξēς αἱ πικουνέσσαι demum verbis sequentis periodi γ. xxv. ἀλλα τι ταῦτα τοις τοις connectandas putet: uter horum rem tetigerit alii iudicent.

Sed hic pedem figere iubemur, quin iam plura com- memorauimus, quam pro mole libri, et notaram copia, no- bisque persuasum habemus, fore ut multi, qui Platonis lectione delectantur, etiam hos dialogos, praeter Critoem, quantum quidem scimus, nondum separatum editos grato excipiant animo.

SCRIPTORES PHTSIOGNOMONIAE VETERES,
ex recensione Canilli Perusci, et FRID. SYLBVRGII, gra-
eci et latine, recensuit, animaduerfiones Sylburgii et DAN.
GVIL. TRILLERI V. Ill. in Melampodem emendationes,
addidit, suasque adspexit notas, IOHANNES GEORGIVS
FRID. FRANZIVS.

Altenburgi impensis Gottlob. Eman. Richteri, ccccxxx.
 8. pag. 508. cum triplici Indice Scriptorum, qui in notis
 laudantur, Verborum et formularum memorabilium, rerum
 denique memorabilium.

Quam in dotibus, virtutibus, vitiisque animi humani, ex
 corpore vultuque cognoscendis, nostrae aetatis ho-
 mines

minea multum temporis operaeque locent: Clar. Franzius, quid senserint statuerintque veteres in hoc genere, voluit ostendere edendis preloque subiiciendis scriptis veterum Physiognomonum graecorum, adiutus liberalitate, Ill. Gruner, Professoris Ienensis, qui ipsi Polemonis, Adamantii, et Melampodis libros transmisit, ita quidem, ut exemplari Melampodis adscriptae essent notulae docta manu Ill. Trilleri, omnesque hos libros, et suavitatis, et doctorum commodi causa, publici iuris facere iuberetur. Principatum vero inter hos scriptores Aristotelem obtinere vix dubitari potest, cum non modo ille ceteros claritate nominis, et elegantia orationis, longe superet, sed ceteri quoque sua fere omnia, id quod ex comparatione patet, ex illo hauserint. Primo inde loco leguntur Aristotelis *Physiognomica* expressa ad editionem Aristotelis, quam curauit Du Vallius, adiecta quoque versione latina incerti cuiusdam, quam et in Du Vallii operibus Aristotelis reperiendam, ab hac editione noluit absesse Clar. Editor, ne eam parui aestimare, prorsusque rei esse videretur; quamuis multis in locis minus elegans atque obscurior nostro quidem iudicio sit existimanda. Primum enim interpres latinus singulas voces graecas singulis vocibus latini exprimit, ita ut vox voci respondeat, et singula verba annumerari videantur, haud curans sensum geniumque vtriusque linguae. Dein vocibus barbaris vtitur, quales sunt *physiognomizare*, *diem delectabiliter ducere* et *modem accipere qui est hilaris*, *manianum signum*, *designatiuncula transitu*, *caxis labrabilis*, *figua subcontrariantia* (*υπερατιμένη* *contraria*, *incerta*) aliaeque innumerae, quae vix interdum intelligi posse videntur, nisi graeca consulantur. Facile fuisset doct. Editori voces obsoletas atque corruptas eliminare, et pro *collum grossum*, *τραχύλον καρκίνη*, *collum crassum* reponere; sed maluit versionem intactam relinquere, quam genus scribendi illius temporis ad nostri temporis usum refigere, id quod nec vituperare audemus.

A a a 2

Auer-

Auerrois, vel Andr. Lacunae, vel Iodoci Willichii versiones, quae posteriores separatione Parisiis 1535. et Vitembetgae 1538. prodierunt, potius addiderit, huius rei nullam aliam rationem reddere posse videatur, quam quod haec in editione Du Vallii reperitur. Auerrois quidem versionem sepius consultam atque laudatam reperimus, nec tamen omni ex parte probari doct. Viro intelligimus ex nota vigesima septima, ubi ad verba *τὸν ἐπιφανέμενον οὐδὲν*. scribita *Male Auerroes et interpres, ex moribas a parentibus, quem sententia est bona fide Sanchez in Comment. p. 38.* Sed omnes libri impressi, quotquot vidi, habent *ἐπιφανέμενα, apparentia, parentibus, et vix nisi persuadere possum, quomodo loco* (forsitan hoc loco) *ἐπιφανέμενον (γορέων) legi posset.* At primum ex his modo intelligitur, Sanchezium fecutum esse vestigia versionis latinae, in qua operarum, non interpretis vitio legitur a parentibus pro apparentibus; dein nullo modo vocem γορέων vel subintellelegendam, vel omissam esse, quia iam additur *οὐδὲν*, sed *ἐπιφανέμενον οὐδὲν* esse mores, indolem animi, quae ex vultu cognoscitur ut c. 2. p. 21. *τὰ τὰς ταῦτα προσώπους* *ἐπιφανέμενα*, et p. 29. pluribusque locis. Dum Aristoteles negare videtur p. 15. dari affectiones, quas sunt cuiusdam seruum ita propriæ, ut non aliis quoque coaueniant scribant, id est *τὰ τὰς ταῦτα προσώπους οὐ δύεται τὸν γόρην, ἀλλὰ τὴν διανέψην ἔχει τὸν παθεῖν*: interpres latinus verbis maxime obscuris vitetur *Nihil autem proprium animalium physiognomizatorum in animali habebit utique aliquis accipere.* Nisi nos omnis falluntur verba Aristotelis id volunt: nullam propriam affectionem vel unam poterit quis repetire, eamque anima sibi fingeret. Homines igitur potissimum spectandos esse Aristoteles inde colligit, qui eandem affectionem habeant; ut si quis fortis ac strenuus hominis figura velit cognoscere, uniuersum genus fortium animalium esse considerandum, quaeque huic generi coaueniant explorandum. Quare non est quod doct. Erasmus assentiatur Sanchezio in Commentario. p. 41.

et dñsrras pro ἔργον ut legatur, suadent. Quamvis
doct. Editor in frequentibus p. 17. locum obscurum sic re-
fingat, ut statuat, Aristotelem de rebus sii i. oppositis loqui,
isdemque verbis vnum fuisse, quorum vna intentio iisdem
verbis expressa incuria libriorum exciderit: huic tamen
conjecturae sequentia repugnare nobis quidem videntur.
Aristoteles enim, si quid videmus, hoc docere cupit, anima-
lia, quae quis ratione fortitudinis coniunctim spectare velit,
ita esse spectanda ut omnia communia attributa vel
~~καθηματα~~, excludat, animoque separet, quod si quis facere
neglexerit, dubitari posset, vtrum fortitudinis, an alterius af-
fectionis signa sint. Locus igitur iste potius nostro iudicio
intactus maneat, ne corrigendo magis corrumpi videatur.
Capite III. statim ab initio, Aristoteles, propter aequalitatem
paritatemque orationis, non τὸ σχῆμα τῷ σώματος οὐδός,
quamquam id quoque greca lingua ferat, sed οὐδὲ scrip-
tisse videtur, et quae in subiecta nota Editoris reperiuntur, sic
legenda sunt: *Eretiam autem corporis figuram naturae au-
torem concessisse homini certum est, non solum ut distin-
getur a ceteris animalibus sed ut quoque dominii in creaturem
recordaretur, prorsusque nihil formidaret, et quidem Editore
ipso sic legi iubente.* Quod ad indicia hominis impudentis
attinet p. 47. verba μικρὸν ἔγκυρος alieno loco posita nobis
videntur, adeo ut forsitan sic legendum arbitremur, τῷ σχήμα-
τι μὴ οὐδός, ἀλλὰ μικρὸν ἔγκυρος, καὶ μικρὸν προσείσεος, nisi
posteriora glossema priorum putentur. Vox διαλέκτως
quum p. 48. non conueniat τῷ μικροῦ, conjectura Sylbur-
gii praeferenda videtur, legentis εὐτάξει σεσι βραχὺ καὶ τῇ
διαλέκτῳ; et sic intellectissime quoque videtur Polemo p. 188.
scribens, βαρύ φθεγγεται, βαρχύ δε; ex quo loco simul intel-
ligitur, quid sit φωνὴ πνευματικης, cum idem homo κόσμος
Polemoni dicatur βαρύ φθεγγεται. Pagina 51. legitur spurca
et obscoena nota, ad explicandam vim vocis κνασσου, quam
mallemus abesse, sufficeret notasse, κνασσον a Polemone dici

αἰδογύρων, atque intelligi hominem deditum masculae libidini. Ομητες κατακλασμένοι non est oculus confractus, qualis est tristium, sed et lascivorum, sed intelliguntur oculi molles, flexibles, quibus deinceps προβίβεται, tribuuntur. P. 66. vocem ὑφες Cl. Editor manuēt vertere petulantia ratioque quae ntitur est in seq. εἰ περὶ τὰ αἴθρια ἔνσασι excessus in re venera, quo cum coniuncta esse solet petulantia, quae est communis τῶν λόφους οὐ εἰ λόφους; pro quo potius legendum videtur εἰ τὸ μοθητόν, animalium quae seras habent erectas in cœruleo, vel non sunt tarda, atque pigra: id quod intelligitur ex opposito τὸν δὲ οὐν καὶ συνῶν. Cl. Editor coniicit, forte μοθητόν hominum, vilium legendum esse; sed de animalibus, non de hominibus Aristoteles loquitur. Nec enim est quod Interpretis ratione habeamus, vertentis latratorum et vilium, qui quomodo legerit, vix quis augurari potest, nec magnopere curamus. De Pardali inter omnia animalia foemineam formam maxime ostendente, Aristoteles scribit p. 84. Θηλυμορφότερον εἰναι, ὅτι καὶ τὰ σκέλη τούτοις δὲ συνεχεῖται, καὶ τὰ ἔργα ῥώμης ἀπεργάζεται, magis formam foemineam exprimit, his enim vim suam exserit, et aliquod indicium fortitudinis prodit. Follinus sensu plane contrario legi cupit ὅτι μὴ πατέται σκέλη τούτοις συνεχεῖται, καὶ τὰ ἔργα ῥώμης ἀπεργάζεται, redditque: *Quandoquidem crurum ratione aliis omnibus in functionibus est inferior.* Nam quod obsecro robustam opus absolvit?

Quae interpretatio Follini cur probetur Exp. Editori, nos quidem latet: quod enim interpunctio Follini optime concordat cum historia naturali pantherae, ut ipsi videtur, nobis vix persuadere possumus, cum verba Aristotelis, et etiam locus ex historia animalium L. L. c. laudatus, plane aliud fideant. Verba extrema capituli quinti, τὰ μὲν οὖν ἐπέγεγες etc. quae Auerroes aequè ac Interpres obscurius reddidit, *Animalia igitur, quae videuntur fortia, convenientiora assumta, masculinae formae et foeminae dicta sunt, et ubi stru-*

Eturae ordinem esse docet Sylburgius, Σώα οὐν τὰ μετειληφότα τὰ ἐπεκτεῖσα, i. e. quae praedita sunt maiori ἐπερπέται, in quibus decentior forma et gestus apparent: forsitan leui transpositione faciliter explicari possunt, si sic legantur, τὰ μὲν οὖν ἀπτερέσσα Σώα τὰν δοκούντων αὐδεῖσιν εἶναι, μετειληφότα τῆς δὲ τοῦ ἄρρενος ιδεας καὶ τῆς τοῦ Θύλεος, εἴρηται. Quod igitur ad potiora animalia attinet, quae videntur fortia esse, ac cum masculinam, tum foemininam formam habent, de iis satis dictum est. Caetera enim quae sunt, facile possumus praterire. Zibrol p. 97. Aristotelii sunt iidem qui λυγάροι, quod Interpretes non legisse videtur, reddens, bene lambosi, sed quod cum sic reddere res ipsa ius sit: nec Follinus τὰ περι τὴν κοιλίαν λαπάρα vel potius λαπάρα reddens quibus venter obefus est, vim verbis inferre nobis quidem videtur, quamvis non negemus, regiones circa ventrem et ventrem ipsum, quod Cl. Editor docet, valde differre.

Quid p. 108. sit τὸ μέτον explicat Aristoteles ipse per voces οὐτε κυρτὸν σφόδρα, οὐτε κοίλον σφόδρα, inde εὖ πεφυκὼς est bene formatas, sine vitio corporis natus, nec de virtute explicandum, nec locus Aristotelis de moribus L. II, c. 9. in subsidiū vocandū videbatur. Δειλοί p. 126. non sunt timidi, sed ignavi, fugientes laborem, his opponuntur enim ἐπιμελεῖς industria, quam vocem Follinū egregie agites et diligentes reddidisse Cl. Editor obseruat, cum ἐπιμελής utramque specificationem admittat. Ad illustranda verba Aristotelis p. 147. de pilosis scribentis, οἱ δὲ περὶ τὰ σῆδη, καὶ τὴν κοιλίαν, ἀγανάκτοτες ἔχοντες, εὐδέποτε πρός τοῖς αὐτοῖς διατελέσσον: Pectora et ventre valde pilosi, sunt homines leues, inconstantes, doct. Franzius scribit: *Locus hic valde laborare videtur. Lacuna omittit acquisitionem in verbis ἐδέποτε πρός τ. α. fuscipatur, quia homines sunt sociabiles; et Porta habet peccas et aliis, quae ob pilositatem mente leues, instabiles, et imbecilles notant. Sed nihil mutandum. Qui enim pectoris et ventris regionem habent hirsutam, sunt feruidae humidaeque naturae, ac libidino-*

si sunt aves. Ex nostra vero sententia locus nulla difficultate laborare videtur, nec Andr. Lacuna et Ioh. a Porta, vt quid mutetur, suadent, nec tandem pilosi homines comparantur cum avibus ratione libidinis, sed ratione levitatis atque agilitatis. At diutius in Aristotelis Physiognomia perlustranda, quam vellemus, morati sumus: in reliquis igitur libris percurrendis breviores esse iubemus.

Polemonis libri duo graece primum editi a Camillo Perusco sunul cum Adamantio et Melampode, vt ex Volumine sexto Operum Aristotelis, quae Sylburgius curauit, represententur, non iussit modo doct. Franzius, sed et Sylburgii notas, quae maximam partem huius auctoris cum Aristotele et Adamantio continent, nec non suas observationes textui subiecit. In his saepius Vir Doct ad ea prouocare solet, quae Aristotelis causa scriperat, saepius etiam ea affert, quae ipsi hanc vel illam vocem legenti in mentem veniebant: ut p. 197. de Ἀἰδηνοθύτει, de Pelope, de Oedipo p. 204. de oculis caesiis, p. 227. de risu non in viuierum improbando, de voce μειδίᾳ et σκυθρωπάζει, ut alia taceamus. Η εἰς πολὺ αἰστομή τῷ σόματος, magnus hiatus oris; os nimium apertum hoc loco esse incisionem Vir doct. sibi persuadet, quum os striis scissurisque notatum sit, quod ex ariditate fieri solet sed Aristoteles de striis scissurisque haud cogitasse videtur. Sed os natura dilatatum indicare voluisse, quod sunile sit ori canino. Libro II. p. 297. τῷ μηροπομῷ tribuuntur ὄφθαλμοι ὑπορρέαται ἀτεῖναι, quam vocem meadowam suspicatur Cl. Editor, forte rectius ὑπερρέαται subtili- tuendum existimans, fixe oculos ad maiora conuersos: nobis videntur metaphorice oculi semper deieicti, in terram defixi, more aquae effluentis indicari. Ex voce σκαθοειδῆ p. 308. Cl. Editor colligit, Polemonem Christianis annumerandum esse, eumque ad effatum Prog. V, 6. respexisse.

Quum Adamantius siens duobus Polemonis libros explicarit, quod consilium ipse statum ab initio aperit, doct. Fran-

Franzius id egit, vt non modo Sylburgii notas adderet, sed et Adamantium cum Polemone compararet, et vtrosque inter se conferret. Extremo tandem loco legitur Melampidis opusculum, cuius parte priore de *palpitatione*, posteriore de nœvis corporis egit, quibus adiectione sunt breves notae àmanni Magni Trilleri profectae, quas, vt facile incurrent in oculos, asterisco notare Editori doct placuit. Triplici praeterea indice instruxit hos libellos, vt eos consulere, atque illa, verbi eius utatur, *oracula phygognomonica adiutoria*, atque ex auro illo tripode, cui ferrus et lignea subsequuntur temporebus ab aliis phygognomonibus substitutus est, *responsa percipere* queant. Nos quidem hanc acerbioram in recentiores phygognomonas inuochendi rationem improbamus in eo, qui rogatos cupit lectores aequos, vt sibi veniam ignoscendo concedant. Ceterum non diffitemur, doct. Franzius his in libris edeadis magnaria probasse industriam, pluribusque locis suae in arte medica peritiae, siue veteres in medicis amoris, in iisque consulendis collocati studii, documenta edidisse.

Feldzüge des Viscontis Türnen

i. e.

RES GESTAE VICECOMITIS TVRENNII,
*Summi exercituum Regis Galliarum Duci, ex probatissimis
 monumentis illustratae, a FRIDERICO WILHELMO
 ZANTHIER.*

Lipsiae ap. heredes Weidmanni et Reichium, MDCCCLXXIX,
 Alph. 3. plagg. 5. cum figg. aen. permultis.

Celebravit antiquitas heroes suos, virosque rebus gestis claros, monumenta memoriae illos commendarunt sempiternae, poetæ oratores ac historiarum conditores aeternitatem nominibus illorum dederunt ac gestis. Quo factum, vt non vici solum aliis exemplum et stimulus essentat,

B b b

que Digitized by Google

que doctores, sed mortui idem praestent. Nostrae aetati nonne esset dedecori, si heroes quasi sugs et recentioris aetatis, quorum adhuc fere videntur in recenti memoria res gestas, negligenter?

Facta illorum ante oculos quasi veriantur, et potentia imperiorum virtute istorum parta, eminet adhuc et fulget. Facta illorum nostros eo magis instruere, ac interiore bellum cognitione imbuere possunt, quo magis secundum principia atque regulas artis bella recentioris aetatis gesta, atque perpetra sunt. Omni itaque laude dignus est is, qui ipse scientiae bellicae peritus, hoc officium meritis atque virtuti debitum suscepit, in primisque tanto studio tantaque diligentia et cura in eo elaborauit, quique omnia distantia remota ac diversa uno quasi loco congregauit, ut eo illustriora liqueant. Quod ut magis pateat, inquiramus in ipsum librum, et fontes, eq; uibus deriuauit A. sonorum illud rerum gestarum nomen, et quibus praesertim rebus, eos, qui antecesserunt illum, superauit. Nullum plane alicuius auctoritatis scriptorem neglexit, nullum, quem non aperiret, fontem, et pleno hausto non degustaret solum, sed etiam deglutiret, ac in succum et sanguinem verteret.

Ramseius enim in vita Turennii non satis nouerat fontes, aut noluit eos adhibere. Ninium indulxit illi elegantiae in scribendo et dicendo, cui saepe veritatem subiicit, mox, se ipsum proponit philosophum, oratorem, ac hominem reipublicae peritus, non eum cuius narrat facta. Neque satis peritus erat rei militaris. Interea primus ille commentarios quarundam Turennii expeditionum, quos tantopere celebrat Puysegur, et omnibus commendat, in lucem proxxit, vti et Ducis Yorkii, et quasdam literas Mareschallii proprias.

Patet vero ex ipsis commentariis, Ramseium saepius mentiri, eumque contradicere ipsi qui gestis res narranti. Probationis loco potest esse illa pugnae prope Nordlingam narratio, quae ex hoc libro, Meriani descriptione adiuncta, plus lucis accipit, quam ex Ramseii narratione. Omnes has, quae ante oculos posita sunt, Turennii res gestas,

ex ipsis Mareschalli commentariis summis generosissimus Augustor. In bello annorum 1644-1648. Puffendorff adhibuit libros, qui dedit narrationem Suecicam, ut etiam Imperatorias et Bauaricas, ut his aduersariorum narrationibus res plus acciperent lucis, adiectis iis quae Turennius ipse scire non posset. Ita adhibuit descriptionem pugnae Friburgicæ a Musso initæ, qui in Germania in exercitu Condei erat, quæque ut exemplum militaris descriptionis celebris est. Adhibitæ sunt descriptiones illas pugnarum memorabilium Gallicarum: Batailles mémorables des François, inscriptæ, partim e narrationibus ducum et aulae, partim singulorum praefectorum sumtae. Neque omisit Commentarios Puysegurii, patris Mareschalli eiusdem nominis, qui in eodem bello, in quo Turennius aduersus regem arma gessit, aduersarius illius fuit; in sequenti autem civili et Hispanico bello sub illius imperio, aut in Mareschalli la Ferte exercitu, qui cum eo coniunctus erat, militauit. Qui licet parum esset Turenii amicus, tamen ei non detrahit, sed lucem potius adspexit rebus illius gestis, ut et Comes Büffy Rabutin, qui licet a partibus Puysegurii esset, Turennum causam regiae aduersus se indignationis esse putabat, tamen Turenii merita agnoscit. Ducas etiam de Navailles, viri intererrimi, Commeatarij, multa belli ciuilis negotia, præcipue liberationem urbis Valenciennes, illustrant, et in bello anni 1672. pugnam apud Senecf; hic, licet etiam a partibus aduersariorum Turenii staret, tamen tribuit illi quod sequitur est, eique debetur.

Ex his omnibus multam Turenii gesta lucem accipiunt clariorem. Mirandum sane est, qui fieri potuerit, ut Turennius, in tanta aduersariorum suorum multitudine, partim in aula, partim in bello, tantas res gereret.

In bello Hollandico, quod anno 1672. coepit, adhibuit A. præcipue collectionem illam literarum Ludouici XIV. ex quoque qui illi erant a consiliis, et exercitum ducebant, quae X. aut XVI. abhinc annis prodierunt, quæque operi adspactæ, non vero immistæ sunt. Usus est etiam literis Ducis Luxembourg, et quorundam qui sub illius im-

perio militabant, legatorum. Neque etiam respuit histrio illius belli Hollandici, Guerre d'Hollande inscriptam, quam etiam Polardus in Polybio suo laudauit. Confabat etiam ultima Tureani facta, a praefecto qui interfuit ipse scripta, omniisque laude digna. Ita etiam Commentarios Feuquieris, qui sub illo primissis militiae meruit, neque Hilarii, cuius pater eodem globulo, qui Tureanis vitam eripuit, brachium amisit.

Descriptiones pugnarum aeri incisae ex Theatro Europaeo, in cuius usum Merianus confecerat, summae sunt. Plurimique erant ignotae, licet maxime narrationibus ipsius Melschallii responderent, multumque augeant ipsius narrationis auctoritatem ac fidem.

**P. STEPH. RAVTTENSTRAVCH, BENED.
BRZENOV.** *Theol. et SS. Can. Profess. Institutiones Iuris Ecclesiastici Germaniae accommodatae, TOM. I. Cum approbat. Censurae Regiae et Ordin.*

Pragae in Officina Mangoldiana, 1772. in 8.

Cum omne ius ecclesiasticum vel publicum sit, vel priuatum, hoc Tomo primo maxima pars iuris ecclesiastici publici continetur, nimirum illa, quae ad statum ecclesiae interiorum spectat. Ea bisfarum diuina est ita, ut priora agant de natura et vi ecclesias Christianas, posteriora de iure coruata qui ecclesiam regunt. Illa septem capitibus absolutur: de origine et nexu quondam ecclesiae, de iuris res in illa ordinandi in uniuersum, de potestate legislatoria et iudicioria, de iure cogendi, de regime spirituali eiusque forma, de inaequalitate membrorum in ecclesia, de Hierarchia. Haec duodecim capitibus constant, quibus traduntur principia de primatu papae, aliisque iuribus quae Papae competere dicuntur, de Cardinalibus, de aula et tribunalibus Pontificis Romani, eiusque legatis et vicariis, de Patriarchis, Exarchis, Primatebus, et Metropolitanis, de Episcopis cum omnibus.

omnibus, tum Germanis, de Episcopis titularibus et Coadjutoribus, de Canonicis eorumque Capitulis, tum omniū tuni Germanorum, de vicariis Episcoporum, de Parochiis, de iuribus et immunitatibus Clericorum, de variis modis dignitates ecclesiasticas obtinendi. Auctoris doctrina et probitas, iam alias perspecta, non solum hoc libro mire confirmatur et illustratur, sed et accedit eius singularis aequitas et modestia, quam vi semper prae se tulit, ita ejus obseruantissimus fuit in eo genere litterarum, in quo multos habet a quibus necessario dissentiat. Postulat igitur honestatis ratio, ut, quæ humanitate erga nos vñus est, eadem vñmunt erga illum, neque illius qualiacunque placita ad nostra instituta exigamus. Locus in toto hoc genere grauioribus est ille de *Primatu Papæ*: in hoc tractando auctor tribus capitibus p. 108—133. ita versatus est, ut inter duas sententias extremas, medium aliquam amplectetur. Petri Apostoli Primitatum aliquem a Christo ipso institutum esse, eo consilio, ut post hac semper in ecclesia maneret, affirmat: negat tamen eum aliter ad Romanam fedem pertinere, quam ob voluntarium ecclesiae in eam rem consensum. Iura ad hunc principatum seu primatum pertinentia triplicis ait generis esse; alia essentialia et diuinæ originis, alia accidentalia, quorum Papæ ab ecclesia arbitrium facturis sit, alia controversa. Primum genus ex eo intelligi, si quod Papæ ius ecclesia præsa perpetuo confusu diuinum existimauerit, (sed sic primum genus ab altero vix discerni potest,) aut si sine illo iure ecclesie unitas intelligi nequeat, aut denique natura regiminis ecclesiastici hoc postuleat. His veluti fundamentis ionixus, iura Primitatus in tria capita constringit: 1) Papam quasi centrum esse unitatis ecclesiae catholicae; 2) illius esse, praedere, ut singulæ ecclesiae eandem religionem profiteantur, eiusque esse coram disciplinae ecclesiasticae; 3) item ius emendandi et supplendi errores reliquorum Superiorum ecclesiae. Ex his iura diuina atque essentialia specialiora deducuntur: a) Debere Papam consuli in iis rebus, quæ religionem et disciplinam spectent, eiusque decretis, compositiones ad normam iure canonum, fratre traditionum, insistendum esse;

esse; b) Pronocationem esse ad Papam: sed hic pro aegritate sua fatetur auctor, intra trecentos a Christo nato annos legitimum eius rei exemplum esse nullum, et illam sere a Decretalibus Isidori pendere. (Qui potest igitur illud ius ad naturam et essentiam Primatus papalis referri?) c) Ius componendi lites de religione subortas; d) Ius Concilium universale conscribendi, quoque et Imperatoribus ob Aduocatiam tribuitur; e) Ius praesidendi in Conciliis, si illud est nihil aliud quam rem referre ad Patres, et sententiam primo loco dicere; f) Ius confirmandi quae in Concilio decreta sunt; in hoc auctoremire se vertit, ita ut facile sit iudicare, illi de hoc iure non satis esse persuasum; g) Ius decreta componendi citra Conciliorum solemnitatem: quorum vis, et si non semper interna est, tamen in rebus, quae ad fidem et disciplinam spectant, tamdiu viget, quamdiu ecclesias non aliter videtur; h) Tutela Canonum; i) Potestas leges condendi de disciplina universales, salvo tamen Episcoporum iure, dispendendi, an ex re sint Dioecesis: sin minus, hi illas recte deprecantur, et antiquiorem canonum atque observationarum auctoritatem tueruntur. Igitur eiusmodi leges Papales etenus valent, quatenus ab Episcopis admissae sunt et promulgatae, accedente Principis consensu per Placetum regiam, nec libertate singularium ecclesiarum, nec iure Principis aduersante; k) Ius Concilia oecumenica restringendi, ita tamen, ut Episcopo idem liceat in Dioecesi; l) Ius deuolutionis, non omisis Instauri intermediis; m) Ius adiuuandi caeteros Episcopos in tuendo suo iure. Alteri generi iurium, primatu papali accidentalium, accensentur; a) Confirmatio Episcoporum, b) Ius postulationes ratas habendi, c) Ius Episcopos consecrandi, d) eosque transferendi, e) Eorumque cessiones et resignationes accipiendi. f) Concurrentia in remouendis Episcopis, g) Ius novos Episcopatus instituendi, h) eosque vel iungendi, vel dirimendi. i) Ius beatificandi et canonizandi. k) Ius confirmandi ordines ecclesiasticos. Auctor, sti non negat, huius generis pleraque iuris ortum habere ex Decretalibus Isidori; tamen existimat illa et nostris temporibus, detecta illarum fraude, Papae com-

petere debere. Nam quod Synodis prouincialisibus non amplius utimur, illa iura Papae tamdiu tribuenda esse A. contendit ex iure Devolutionis, nimisrusti ut ecclesiae consularit quamdiu Synodos prouinciales requirimus, quibus haec iura olim exercuit ecclesia. Ad tertium denique genus quod attinet, iurum controversorum, agitur: a) de Infallibilitate Papae: hic auctor accedit ad libertatem Ecclesiae Gallicanae, nec se reliquis adiungit, qui Papae oracula tanquam diuina venerantur. b) Quod perhibent, Papam maiorem esse Concilio vniuersali, id docte et subtiliter refutatum est. c) Papae in saecularibus quidquam licere in Principes, recte negatum. De tribunalibus Pontificiis p. 262—289. copiosus et diligentius expositum est, quam vulgo in compendio Iuris Canonici, ita tamen ut breuitati, quam in hoc genere requirimus; consulteretur. Restat ut pauca addamus, quibus iudicium nostrum de praestantia huius libri confirmetur: dabimus igitur summam loci de Episcopis p. 395—447. Hocrum potestas, nullo interueniente, a Christo ortum habet; cum sint successores Apostolorum: illa vel ad ordinem pertinet, vel ad iurisdictionem; utroque, secundum ius diuinum, discernitur ordo Episcoporum ab ordine Presbyterorum, eorum igitur potestas neque a Petro oritur, neque a Pontifice, sed illa in eos confertur sola consecratione, non confirmatione populi, quae recentioris est originis. De iure Pontificis Episcopatus conferendi, nouosque erigendi, non valet consequentia ad originem potestatis, quae cum his coniuncta est; sic enim Pontificis potestas vix diuinam originem haberet, eiusque ius remouendi Episcopos nihil probat, cum illud, antequam Isidori Decretales consarcinarentur, Synodorum fuerit Prouincialium; quamquam nec ab his Episcoporum iurisdictio possit deriuari. Potius Episcopi dioecesis suo iure suaque auctoritate regunt: qui cum sub inspectione Papae sint, illius tamen nulla est concurrens Iurisdictio in dioecesis, nullumque ius praecueniendi. Sic, nec aliter explicandus est oecumenici titulus, et perulgatum illud, Episcopos vocatos esse in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Episcoporum Iurisdictio

est in omnes et singulos dioecesanos, neque villa ab hac exemptione praesumitur, neque illa aliter a Pontifice impetranda, quam ob causas canonicas. Episcopi, non vero Pontifer, Praebeadas regulariter conferunt in dioecesibus: possunt hi ob rationes canonicas dispensare, vel in casibus Papae reservatis, si partibus molestum sit adire Pontificem. Habent praeterea ius visitandi dioecesin, et leges ferendi, conuocandique suos ad Synodos, quarum locum hodie fere Consistoria obtinent et litterae pastorales: habent iurisdictionem in rebus spiritualibus etc. Si demum iura Episcoporum contemplamur in Conciliis in primis universalibus, competit illis potestas, causas quaelibet, et fidei et disciplinae, iudicandi, ipsiusque adeo Papam; sic ut ab eius oraculo licet prouocare ad Concilium oecumenicum, si cautiones adhibeantur:

a) Ut id nisi in causis grauiissimis fiat, quae non ad priuatos pertineant, sed ad ecclesias sive omnes, seu singulas, si forte illarum status, vel canonum autoritas, ruinam minatur, nec id fiat a priuatibus, sed ab ecclesiis, et qui cum illa coniuncti sunt, Principibus secularibus. b) Illa prouocatione Pontificis iurisdictio non plane suspenditur in causis controversis, sed illius decreto ceu prouvisorio obtemperandum. c) Reformatio decreti Pontifici per Concilium, Revisioni similior est quam Appellationi. Plura referre nibil attinet: iam sat ex his ratio viri doctissimi perspicitar, cuius eruditonem et probitatem tanto pluris facimus, quanto paucioribus straque contigit, qui in hoc genere laborarunt.

